

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


**De nuptiis Philologiae et Mercurii - Cod.  
Ettenheim-Münster 7**

**Martianus <Capella>**

**[S.l.], [14. Jahrh.]**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-107516](#)



CAVILET

IN BADAEI DE CONS

lambertus summae lombardus

multitudo

\* \*

\* \*

IN EGDIGA ANNO

industria obsecro

ministratio

magister

& censu  
faips por  
mentu qu  
neglectu in  
te hebet  
nisi a aliqu  
vir equa lie

V

Z

# GVLIELMI

BVDAEI DE CONTEMPTV

terum fortuitarū Libri Tres,

ad Draconē Budæum fra-

trem, præfectū Scrinijis

Regis sanctio-

tibus.

LIBER PRIMVS.



OGITANTI mihi  
Draco frater, quod  
nam industriae meæ  
documentum no-  
mini tuo dicarē tibi  
enim debere me  
non nihil ex ea ratio-  
ne existimabā; quā  
maxime in eis meo  
& censu esse duco) cū in hoc ocio uel in ijs  
ferijs potius mihi magnopere cultis argu-  
mentū quererē stili reconcinnādi, quē non  
neglectū literarū, sed studiorū int̄pestiuia  
te hebescere, iā diu marcescerēq; senserā, an-  
nis iā aliquot currículo instituto exēptis, red-  
dit etiā literāe scribēdi materiā nō illāe qui-

A 2 dem ubi

DE CONTEMP. RERVM

dé uberē & copiosam mihi, sed ueluti the-  
ma dederunt in fortunā declamitandi, nec  
ut imaginem mihi lītis fingerē ex rhetorū  
officinī deductam in iudiciū hominū le-  
ctorū, sed solutam legibus artis, & pro-  
piorem simplicitati philosophicę. Nam cū  
his in literis obiter fortunae meminisseſ ut  
affolet interdum cū uitiae molestias queri-  
bundē cōmemoramus) id tute mihi fecisse  
de industria uisus es, p tuaq̄ in me beneuo-  
lētia, nimirū ut in loco (quod aiūt) prurien-  
ti me scalperes, quē scilicet aliquādo ex eorū  
esse numero animaduertisſes, q̄s Græci ap-  
pellant μεμ. μοίγου. Itaq̄ nec grauatē nec  
cunctāter faciendū mihi esse duxi, ut quaū  
apud acta tibi testatū relinquerem, qui me-  
us effet sensus de rebus fortuitis. Verebat  
enim ne tu aut sentētiā aut opinionē esse  
crederes pertinacē, quod temerē interdum  
me iactare memini de fortuna. Et nosti quā  
uberem materiā habeam inuehendi in illā  
stolidam & proteruā rerum humanarum  
arbitram: nec tecū, quem illa nunquā ma-  
gnoperē pepulit aut cōmouit, sed cum alio  
quopiā cui uehemētius illa incōmodauit,  
incubēti in accusationē temeritatis eius,  
numq̄ falsō creditū detestandi. Neq; uero  
te præterit bona ex parte, q̄ infestis illa me-  
telis

μεμ. μοίγοι.

telis aduersorum castū labefactare, & acuto  
 crebroꝝ mucrone iniuitatis sauciare iste  
 rit, & diu de statu graduꝝ deſcere cōſtituē  
 atqꝝ trāquillitatis, quoad postremo, animo  
 iā confirmatū, atqꝝ intra philosophiaꝝ p̄ſi-  
 dia uel tutū uel ſecurū, uelut in gratiā meū  
 reditura pelleterit, per ſpeciē rerū nouarū,  
 ilocūqꝝ p̄traxerit iniquissimū, unde ne intel-  
 lecta quidē fraude, tumultuosiſqꝝ eius inſi-  
 dijs abſterritus, in p̄ſidiū redire meū po-  
 tui, antequā p̄oenaſ pependi ſtationis dere-  
 licte. Hoſce uero tu ludos ſpectabas ex um-  
 braculis uitæ ciuilis & cōpoſitæ, ita ut nihil  
 oculos tuos falteret, aut certe tuas aureis.  
 Quo tēpore tibi amicisqꝝ meis, ad res no-  
 uas me ſollicitatibus, ac uelut ignauū male  
 qꝝ de me liberisqꝝ meis meritū increpatibꝝ,  
 illa oia quaꝝ ſpeciē haud dubie luculentam  
 p̄ſebat, fortunæ ludificationes eſſe p̄ſe-  
 dixi, eū exitū habituras, quē uos poſtea uidi-  
 ſis. Siquidē certò quodā ac pertinaci augu-  
 río conatus illos meos, ſeſeqꝝ pferēteis ſpiri-  
 tus retūdente identidē ueritus ſum ipſe, qua-  
 ſiqꝝ cōmonefactus ab aliquo nō maleuolē  
 numine, quo minus perlectati fortunæ cre-  
 derē me, aureqꝝ blandienti uela ſtatim pa-  
 derem, ſimul ne uenitriſ adhortantiū me &  
 confirmingatiū ſponsoribus plus tribuerē,

A 3 quam

DE CONTEMP. RERVM

quam meo iudicio, q̄ me ineripsum sperare nō sinebat. Meministi quidē certe cū tu iū ratissimiq; amici mei grāde aliquid portēdi mihi haud uanis de causis coniūceretis, me nunq; agnoscere fatidica uestra adhortamēta ad eam spē uoluisse. Nec tamen ob id postulo ut tu meā uel constantiā uel retū futurū p̄tensionē p̄tinus ob id probes, nisi mihi, tibi, alijsq; constet iudicij mei ratio in p̄teritū & in posterū, quantū quidē in me sitū erit, & in homine. Et spero prouidentiā quasi p̄ persentisco cōsiliū p̄positū q̄ meū approbaturā. Id quod porr̄ ipse ex re ipsa cognosces, si me expectatio mea, certāq; & meditata ratio nō fefellerit. Quā ita me subduxisse ad pagendū extremū uirē actū confido, ut quod esse uidebatur fortunę iniquitatis, quae me semp̄ irritū fecit conatuū meorū & inceptorū, id prouidentiē altum quoddā cōsiliū tute sis existimaturus in posterū. Certe utcūq; sit futurū ad extremū, res haec tenus (ut interpretor) haud mihi male uerrit. O crassā ignoratię meā nebulā in æstimandis rerū euentis, & ego rerū experēdarū auersandarūq; male cōsultus, querebar iniuriā fati, quasi scilicet consulta mea recte atq; ordine cōstituta, abruptis atq; inexorabilibus decretis fatorū discuterentur, conniuereq; adeo ipsam

ipsam summam terū arbitram prouidentiam interim existimabā, summissim etiam interdum sic cum ea quasi expostulabā, ac si mihi ipsa in hoc sēculo nollet bene accōmode cōsultum, idq; tū maxime cum ipsa de me cōmodissime (ut spero) atq; etiam indulgentissime consuluerat. Evidē Draco et si uere or ne prepropere quidpiā pronunciāsse uidear de reb⁹ futuris adhucq; ancipītibus, apud te tamen & fratrē & amicum summe mihi familiarē, non uerebor dicere qualsiq; gloriari, tantū me Marliana philosophatiuncula paucorū mensium p̄fecisse quam tibi p̄dixeram, ut nunc primū uidetur mihi uiuere, non itē ante, quum tantū eram in uita, animām̄q; ducebā. Eat igitur iam fortuna, & se suām̄q; illā mirifica uenditet potentia inter istos quib⁹ literarū ipsiſ ignaros esse cōtingit, et expertes philosophię. Ego ne ut rursus cū genio meo belligerare insistā, atq; obluctari Mineruæ, ut officinā illā fortunæ, illā constantiæ labem adeundam mihi iā esse putem & consecrandam: illū iterū scopulū tranquillitatis atq; innocentiae periclitandū: Non faciā, nisi si genium p̄stite mihi datum, auctorē ac ducem eiusce cōsilij habeā. Tametsi uisendū id spectaculū esse non negē ijs etiā qui citra perso-

A 4 nam ac

DE CONTEMP. RERVM

nā ac p̄textā instituerūt curriculū suā uite,  
ijs quoq; qui intra ūbracula scholæ philoso-  
phicę. Quo magis scilicet discant ipsi inter-  
noscere uitā beatā à fortunata, adulteratāq;  
felicitatē, & imaginariā à iusta, germana, et  
syncera. Tantū abest ipse ut poenitendū esse  
ducā aut pudendū, q̄ id mihi non semel in-  
spicere cōuenarū conciliabulū licuit, ocio-  
ſēq; lustrare. Sed nullus loc⁹ equè lubriticus,  
cum alioqui nihil ferē sit in uita tā stabile, in  
quo humanū uestigiū nō fallat & lapsetur,  
terra utiq; fallaci usquequaq; & cōcōlo tantū  
certo. Atqui ego me non tā mea prudentia  
quā fortunæ malignitate, hominūnq; for-  
tasse opera nō mei amantissimotū, ne æqui-  
tatis quidem (ut opinor) hoc affecutū pu-  
to, ut i loço discriminis pleno, quasiq; i con-  
uentu pestileni fuerim, ita ut noxā nullam  
contagij cōtraxerim, ut uastā erroris collu-  
tionē ingressus, in luto non hæserim, quo  
multi etiā acres mortales & prudentes hau-  
sti sunt. Vnde si mihi pronus libētq; ultro ci-  
tro cōmeatus fuisset, fortunæq; aspiratio uo-  
to meo amicorūnq; competit, pedes  
ipse utique nunquam expediuissem. Ta-  
met si tu mihi in primis conscient es (nulli-  
us alioquin consilij merito non participes)  
quam certus semper huius propositi fue-  
rim, quā

## FORTVITARVM. LIB. I. 5

tim, q̄ fixo consilio ac cōfirmato auspicans,  
progrediens, ac decedens eo munere defun-  
ctus sim, qd mihi hilari serenāq; fronte mu-  
nificētissimi Principis, lātisq; & faustis mul-  
torum omnibus iniunctū erat, nihil minus  
aut expectanti, aut postulanti. Tum etiā au-  
læ salutem, ut dicerem primo quoq; tēpore  
fecisse cupidissimè, amicis reclamātibus, qui  
ut satis causarius missiōnē flagitarem, uere-  
ri se dicebant, si tamē missiōnē flagitare, est  
ultra se & prima occasione sacramēto solue-  
re. Quorū auctoritati in ea re me nō cessisse,  
propinquorum nonnulli tecū mihi succen-  
suere: antequā scilicet certioribus argumētis  
euentuq; consiliū illis meum tibi q; (ut opī-  
nor) approbavi. Nec dū enim cōmiseram,  
ut illiberali auctoramēto impiosæ illi curiæ  
animorūq; auctoratrici obstringerē fidē  
Philologiæ meæ, quā liberaliter semper ha-  
bui, omniq; nexu solutā. Quare libertate cō-  
sulta unā cū honestate, quid obstat, quo mi-  
nus exauktorare me ipunē potuerim, & in-  
culpate: Hoc certè non inficiabere, te, alioq;  
longè me fortasse prudētiores, cōsilio meo  
intellecto, pedibus statim iuissē in sententiā  
meā. Cuius consulti, decreti q; mei, & facti  
deniq; adeo me non poenitet (quod tamen  
ipsum tantū abest, ut frequēti senatu amico-

A 5 rum fa

1015b

DE CONTEMP. RERVM

rum factum sit, ut huius sententiae princeps  
Philologia illa mea fuerit, cuius progratiuā  
opinonē, eiūsq; germanā Philosophia etu-  
ditatē, uoluntas & arbitrium summo  
studio secuta sunt) Verum, ut dicere cœpe-  
ram adeo mihi factum, id meū non excus-  
sandū uidetur, aut silētio dissimulationēq;  
premendū, ut non modo rationē eius spe-  
rem mihi constatarā in posterū, sed etiam  
huius, ut officij fructum quendā mihi spon-  
deam, & uberem, & copiosum, ad quē per-  
cipiendū Attico ipse usurus sum, & Roma-  
no instrumento, nam utroq; Marlianū hoc  
meū instruere iam cœpi. Nec uero me nunc  
ulla res magis cupidū lucis facit, ualetudini's  
q; paulo firmioris appetentē, quā eius tépo-  
ris expectatio, cū mihi libero & feriato uti  
frui liceat ingenij prouētu, qd mihi medio  
cre sanè, ac tenui dote instructū, quū natura  
dedisset, multos iā annos summo labore,  
omniq; animi cōtentione colui, ac subegi,  
multiplicitēq; uersari. Quatū rerū fructū  
senectutem iam appetentē fraudasse, libe-  
rōrumq; meorū hæreditatē, illam quidem  
haud ita multū alioquin optimam, nisi hos  
mimes quidā, uel mei, uel literar; parū ami-  
ci mente male dissimulata effecissent, ut re-  
spicerē ipse me, oculosq; curiosos aliorum  
detore-

detorquerem. Quorū ut ipsorū oculis motrem gererē, haud intuitus equidē feci, ut ex eorū statioē faceffens, in mea mox statuā redire properarē interuallo haud ita longo, à quibus infenso iā numine Palladis emanis- tare me senserā. Ad ea autē mihi iustum esse postliminiū ideo confidebā, qd nulla unq̄ illī hominū comitate, nulla præhensatiōe, nulla rerū nouarū specie atq; festiuitate usq; adeo captus sum, ut ea deserere p̄sidia medi- tarer, in quibus consenescere statuerā, ani- māq; profundere. Nunc eō mihi primordia huius cōsilij propositi q̄ euaserūt, ut ijs telis in fortunā ulurus sim, qbus illa me sternere acconficere adorta est, eius etiā copias, haud ægre pculcaturus, quas bona pars hominū, aut certe pars maxima, cū stupore suspicit. Quorū enī telorū istib⁹ improuisis perculsus primū erā, & penē labefactatus, ea ipsa tela statī atq; subsistere coepi, & in pedes eri- gi ac confirmari, uitalibus haudquaquā hæ- lisse intellexi, aut alte descēdisse, summa tan- tum innocue strinxisse præcordiorū sensi, tumultūq; magis animum, quam uulnere consuiciasse. Nec tamē illud non memini, 3. Reg. 30. ne gloriēt accinctus, ut discinctus, quod sa- cer auctor inquit. Quare uereor, ne pposi- to meo nondū plane exorsō, mihi ita gra- tulari

DE CONTEMP. RERVM

tulari videar, atq; si omnes meas ratiōes de-  
textas absolutasq; haberē, bellisq;, quod mi-  
hi fortuna indixit iādiu, & cōmisit, ob id se-  
curus esse, quod uno aut altero rerū aduer-  
sarū conflictū decretū iri sperem, uel quod  
egregiam quandam fortitudinem ad extre-  
mum in eo exhibiturū me cōfidam, quod  
non tā humanæ virtutis, quām arrogantis  
est, & Stoicæ uanitatis. Tibi aut Frater, quē-  
admodum negotiū hoc succedat aut pro-  
cedat, non satis ex literis tuis intellexi, quarū  
non hoc erat argumentū. Hoc scio, nisi ex  
æquanimitatis gradu, quē iādiu occupa-  
tū constāter in sedisti, leui molestia deiectus  
es, euentūq; incōmodo, nisi rationē istā lon-  
go usū cōfirmata, nouus hic tibi casus ex-  
cussit, & abstulit, qd fieri uix potuit, nō ma-  
gnoperè consolatione mea te aut cuiusquā  
egere. Noui æquitatē istam animi, memini-  
te alijs fortunæ tragulis alijs atq; alijs iātū,  
nec tamē unquā uel afflictum, uel turbu-  
lenter cōcussum. Quodq; nūc apud me for-  
tunę iniuriam questus es, fecisti id tu quidē,  
nimirum æquanimitatē mīhi magis laban-  
tē, ut confirmares cōmunitate fortis, quām,  
ut ægritudinē animi tui leuares, ac lenires cō-  
memoratiōe doloris. Sciebas me annos iā  
plus quatuordecim ita ualeudine cōficta-  
tum,

tatiōes des  
e, quod mi  
it, ob id se  
erū aduer  
uel quod  
n ad extre  
um, quod  
atroganis  
rater, quē  
aur pro  
xi, quarū  
o, nū ex  
occup  
deiectus  
ītālōn  
casus ex  
, nō ma  
culisq  
memini  
lījs idū,  
l turbos  
l me for  
l quidē,  
l laban  
quam,  
niresō  
nmosā  
cōficta  
tum,

## FORTVITARVM. LIB. I.

tū, uel conflictari potius, propè mensibus  
ut alternis animū desponderim, aliquāt etiā  
annis in diē, in noctē mque uixerim, dolore  
noxāq; noctū grassante p̄cipuē, insomniā  
que interdū iugulū appetente tumultuose,  
sæpè adeo, ut postridiē in columnē me mira  
rer, & nunc etiā mire, nec inter superstites  
me magis, & mortaleis, q̄ inter maties mor  
tuosq; censerē. Cuius inualetudinis tēpus,  
& si mihi multū hilaritatis ē fronte, alacrita  
tis ex anio, festiuitatis in occurſu, urbanitas  
& comitatis in cōuictu, exemis & detersit,  
gliscentē etiā in dies literarum amore, uitæ  
alioquin abiecta retinaculū, discendi q̄ con  
tentione retudit & infregit, tamen non us  
quequaq; iners mihi, atq; calamitosū id fuit,  
neq; omnes tot annorū dies, ideo atris cal  
culis numerandos censui, etiā si uix centesi  
mus quisq; mihi purus ab eo morbo fuit, ut  
sæp̄ testatus sum, stupētibus medicis, qbus  
nunquā (ut opinor) fidem feci tanti mali,  
cuius exēplū non meminerunt. Nam præ  
terquā, q̄ scripta mea, qualia sunt ea cunq;  
intra id tps ferē instituta, orsa, & ædita sunt,  
etiam hanc uitam tam obnoxia pro nihilo  
ducendā esse didici, experimentoq; cognos  
ti, ut cuius dies & noctes, earumq; momēta  
singula ad functionē cedūt extremi, tumul  
tuosq;

DE CONTEMP. RERUM

tuosī q̄ fati, qd omnes auersamur. Id quod  
& si philosophia docet, quæ mortis est ipsa  
cōmentatio, euentāq; & exēpla quotidiana  
oculis subiiciunt, multū tamen altius, mul-  
tumq; stabilius in animis hūanis persidunt  
documēta monumentāq; quæ tam præsen-  
teis repentei sc̄q; subinde crient tumultus. Sic  
aut sunt res humanæ, eāq; est uis & ratio ca-  
suū & euentuū, ut pro hominū opiniōe,  
& ratiocinatiōe ad quos eae res pertinēt, cō-  
mode uel incōmode cessisse uideantur. Ve-  
ni rationē eius, quod acciderit in ieris, ita id  
ferē in utramq; partē ualebit. Quo fit, ut si  
quis dono quodā diuino, atq; etiam uberri-  
mæ cuiusdā uirtutis largitione, hoc assecu-  
tus esset, uitæ, ut degendæ rōnē scite subdu-  
cere, ac colligere posset exacte, in eū utiq; nul-  
lū fortuna ius haberet. Ita quā late patere ui-  
demus, & in omnia penē fortunæ ditionē,  
qua sacra, qua pfana, non iure ea nature, sed  
hoim errore, moribūsq; constituta est. Cū  
uero huiuscmodi uirtutis, ac prudētiæ rara-  
iam sint exēpla, & penē inuisitata, secunda  
fors utiq; primæ uicē obtinet, fœlicissimæ q̄  
fortis esse cœpit ita ratiocinari, ut plurimos  
calculos aut notas plurimas nūerorū in de-  
xtra & candida parte abaci collocemus, si ta-  
men rōnē ob id subducimus, ut ex ea sum-  
mam

mā fati tādem ipsi colligamus. At hoc cum  
 recte atq; ordine facere philosophia doceat,  
 & profiteat̄, nimirū eā nos colere omnifari-  
 am atq; obseruare debemus. Nā quod tuti-  
 us tandē suffigiū humanæ infirmitati esse  
 potest, quām sī in id se cōtulerit præsidū, in  
 tra quod missilia fortunæ nō nisi cassa deci-  
 dūt & languidae. Quod maius hominis al-  
 tiusq; fastigiū, quām sub illa coeli rapida uer-  
 tigie cōstitutū, casibus tamē aut temerarijs,  
 aut ab ortu, occasu, situ, contuitu syderū ma-  
 nantibus, nō ita esse obnoxīū, quin sui sem-  
 per iuris anius, sui sit arbitrij ac iudicij ad cō-  
 fingendā sibi conformādam q; fortunam.  
 Age nunc contra. Ecqd humilius, abiectius,  
 submissius, ecqd deniq; indignius hominis  
 sacramēto, quām hominē obnoxij quidē  
 īcunabulis ortū, sed à Deo statim natali-  
 bus restitutū initiatiōe lustrica, ius deinde à  
 fortuna petere temeraria, atq; ipotenti arbit-  
 ria, ordinis, discriminis, delectus hominū re-  
 rumq; nescia? tum poenā p̄r̄miūm q; (quae  
 duo sunt p̄cipua mundi administrandi in-  
 strumēta) non ex iuris pr̄scripto, nō de æ-  
 qui boni q; sentētia, sed sortis suffragio, sed  
 temeritatis alea distribuēte. Porrò aut̄ cum  
 multa indigne moribus hominē errorēq; pu-  
 blico recepta sint & cōfirmata, tum longē  
 illud

Duo p̄cipua mun  
 di administrandi in  
 strumēta.

DE CONTEMP. RERVM

illud uidetur indignissimū, quod prouidētiæ sāpē attribuimus id, quod temeritas caſuū aleaq̄ ediderūt, cū interim diuersissima ſint natura, prouidētia ac temeritas. Atq; ea-  
rum rerū cæcas eſſe cauſas, nunc autumant ferè Theologi, intra caliginē multā iudicio-  
rū Dei conditas. Quasi uero functiōes pro-  
uidentiæ circa iſta terrena concretāq; conſu-  
mātur magna ex parte, diuinūmq; ſit opus  
īma ſummis, non dico permiscere, id enim  
non dubiè Dei eſt prouidētiæ, quæ hac rati-  
one condidit id, quod uniuersum dicitur, a-  
pteq; coagentiauit) ſed ita confundere, ut  
ſursum deorū ſit ordine rerū inuerso, &  
prepoftera digeſtione partiū, ut nec pes, nec  
caput cōpareat ſuo loco, iūsq; diſtributiū  
præpoſterē ſit conſtitutū. Ita ne uero, ut etiā  
extorres ſint Aristides, & esuriāt Socrates &  
Phociones ſupplicijs extinguantur capitali-  
bus: Sylla omniū propē hominū ſauitiam  
improbitatēmq; ſupgressus, cognomētum  
Fœlicis nō Dictator, non priuatus, nō poſt  
mortē terrā amittat: ut hodie tam ſit qui ſq;  
ferè copioſiſſimus atq; exiſtimatiſſimus, q̄  
eſt ab eruditioē morūmq; probitate alieni-  
ſimus: ut iū fata mundi regant, ſummāmq;  
rerū ſepiſſimē moderentur, & pro arbitra-  
tu ſuo uerſent, qui nec artes ciuiles nouerūt,  
necho

FORTVITATVM LIB. I. 9

nec hominum uirorumq; delectu: deniq;  
ut doctrinæ elegantis & decoræ professio,  
morū cōstitutio, teipublicæ charitas, nullo  
loco sint, nullo numero, hactenus quidem  
certe ut ad gerendos honores commodāq;  
accipienda, prophana, sacra, religiosa uale-  
ant. Postremo ut mundus, qui Græce no- κόσμος.  
men habet ab ornatu & ordine, & rerū di-  
stinctione, certis, ratis, concinnis ordinibus  
descripta, tanta iam indignitate, licentia, de-  
formitate, indecora ordinum peruersione  
nomen illud suum decorū amiserit & au-  
gustū, nec iam mundus, sed orbis iners sit  
et inconditus, duntaxat quod ad centrum  
eius pertinet. Nam, proh diuū hominumq; fidem,  
quid tam præposterum esse, tam cū  
prouidētia dissidere potest, quām quod de-  
cus uitæ, ornamentum regnorum, columē  
terumpub. scientia & facundia Herculeo  
nodo cōplexæ, moribus consentaneis con-  
ditæ & expolitæ, ingenia excellentia, nume-  
ris cōpluribus exculta & locupletata natu-  
ræ & doctrine, pro cuiuscq; sæculi regionisq;  
captu, inter inertes, plebeios, in ordinemq;  
coactos fere iacent per connuentiam pub-  
licam ac principum, & fortasse per factionē  
paucorum, ne in classib; quidem ultimis  
locum habent, nisi tot tantaq; uirtutis natu-

B ragin-

DE CONTEMP. RERVM

ræq; insignia turpiter, obnoxie, supparasita  
bude fascibus submiserint proterue insole-  
scentisq; potetiæ? In quibus omnibus id de-  
mum mea sententia opus est prouidentiae  
luculentū ac mirificū, quod in tanta, tā fo-  
da, tam turbulentia caligine errorum, tamē  
religio, pietas, iustitia, æquitas, atq; innocen-  
tia permixtae & uelut in obrutæ, suam digni-  
tatem, suumq; splendorem obtinet senten-  
tia populari, tanto etiam illustriorem, quan-  
to lumen intèsius fulget in tenebris quam  
densissimis. Quis est enī adeo perditus, ita  
facinorosus, quæ sanctitatis atq; innocentiae  
nomen, non aliqua ueneratione ac religio-  
ne ita obstringat, ut male mentis impetum  
inhibeat aut infringat? Quicquid autē sce-  
lerum, flagitorum, indignitatum, piaculo-  
rum quotidie existit noxa passim bacchara-  
te, quicquid anceps ac cōtingens rerum exis-  
tus edit, quicquid naturarū cœlestiū sphæri  
carumq; defluxus exprimit, quod necessita-  
tis instar habere dicitur ob uehemētiā  
effectus, id ad prouidentiam referendum  
censeo, duntaxat ut conditricem, omniūq;  
rerum causam remotissimam & primari-  
am. Quippe quæ creatis à se rebus suisq;  
opificijs à principio uires æternas atq; effe-  
ctus qui-

pparata  
e in sole  
bus de  
tudennæ  
ra, tā fo  
m, tamē  
innocen  
m digni  
et senten  
em, quan  
is quam  
dilens, ita  
nocentia  
c religio  
nperum  
autē sce  
piaculoz  
bacchan  
erum ex  
i sparti  
necessita  
emētum  
terendum  
omniqz  
primatis  
ous suisq  
atqz effe  
etus qui

## FORTVITARVM LIB. I. 10

Etus quibusqz suos & peculiares indidit, mi-  
tificos sanè, sed haud scio an indeprehen-  
sos ingenij humanis. Quemadmodum  
(nisi fallor) prouidentiæ diuinæ opus esse  
perhibetur quicquid bene se cusué admittis-  
tur ab unoquoque nostrum aut in se aut in  
alterum, quanquam aliae sint causæ com-  
plures intermediae & admotæ, quibus in  
ipsis liberum arbitrium uice sua fungitur,  
ad quarum effectiones prouidentia plerum  
que patientiam miro quodam modo atqz  
indeprehenso accommodat atque conni-  
uentiam diuinis utique modulis attempe-  
ratam, non item afflatum & assensum. Ta  
mes in magnis rerum temporumqz incli-  
nationibus, in expiandis sceleribus publi-  
cis aliqua insigni clade, in priuatis etiam in-  
terdum piaculis conspicue vindicandis, in  
tuendis denique aut tollendis uniuersitatib-  
us destinaram Dei prouidentiam rerumqz  
propriam experimur, tantumqz non cerni-  
mus oculis ac sensu p̄cipimus, cū ita uisum  
est & libitū Deo optimo maximo, à cuius  
haud dubie iustitia & clementia tantarum  
rerum cause cæcis quibusdam ductibus &  
in alto prouidentiæ abditis proficiscuntur,  
& manant. Hoc prisci animaduerten-  
tes uiri ingeniosissimi, uerae quidem ipsi

B 2 pletatis

DE CONTEMP. RERVM

pietatis imprudentes, sed tamen numer illud unum summumq; olfactantes, Deam quandam nomine Adrastante diuinitate re ligioneq; donarunt. Quo figmento intelligi uoluerūt animaduersionem diuinam, in eos uindicatēm qui superbe, arroganter, in solenter, tyrannice, scelerate, perfide, proter ue in uita uerfabantur, nomen ex eo fortissim quod nullus animaduersionem eius uitare effugerēq; possit. Eandem etiam Nemesis cognomento uocarunt, eo nomine diuina iram significantes, tanquam inuidia instinctam ac percitatā in eorum euersionē, qui rerum successu insolecentes, & fortunæ indulgentia corrupti, impotenter effertur, eo usq; fastu atq; insolētia erumpente, ut humanæ ipsi conditionis non meminerint tot casibus obnoxiae. Mihi uero uide tur prouidentia functione quadā uberiore, uelutiq; cura p̄cipua animis humanis incumbere, in ijsq; immorari, ut simplicibus substantijs suapteq; natura abstractis, & ad similitudinē Dei cōditis ad intelligentiam, licet cōsociati sint corpori & illigati. Quod si porrō conditionem, hominis spectemus ex quo natura nostra cum diuina consocia ri coepit, cum scilicet caligine ignorantiae discussa, ueritas ipsa sele protulit, uiāq; nobis sapientia.

ERVVM  
men numer  
antes, Deam  
diuinare re  
novo inelli  
diuinam, in  
rogante, ja  
fide, proer  
ex eo lotic  
eius uite  
Nemesim  
nine diui  
in inuidia  
uersione,  
& forw  
uer effe  
umpens  
on memi  
vero vide  
uberiore,  
manis in  
applicibus  
tis, & ad  
geniam,  
Quod  
ecitemus  
confocia  
noraniae  
uiaq no  
is lapien  
**FORTVITARVM LIB. I.** 12

bis sapientiae tradidit & praeiuit, inuenies  
mus (ut opinor) hominem mortalem eum  
dem & immortalem natum, ita in mundo  
statutum esse a Deo & editum, quasi athles  
tam in arena, ea lege & conditione nascen  
di in mediū prodeūtem, ut p̄t sors exierit,  
aut occasio tulerit, aut téporis, ordinis, alia  
ue quævis ratio qualitasq; postularit, itēq;  
ut æquitas agnoetherarū iudicūq;, aut rur  
sus iniquitas imprudentiāue fuerit, in hoc  
aut illud ipse certamen aut plura, in durum  
aut facilē obliuctatorē incursurus sit, & fa  
cile aut ægre labore perfuncturus, non eo  
dem ille quidē exitu, nec pari honore igno  
miniae, præmio suppliciōue, sed pro mo  
do exhausti certaminis exantlatiq; laboris,  
ijs qui recte & gnauiter, aut detrectati &  
auersati, ijs qui molliter & incompositè de  
functi certamine fuerint. Huius porrò certa  
minis & arena huiuscemodi opifex est  
prudentia, architectiq; rationem obtinēs,  
Agnoetheris etiam ipsa summa, reiq; totis  
us moderatrix. Hoc enim sibi theatrum in  
struxit Deus, in quo tanquam delectum co  
piarum suarum factitaret. Verum munus  
id Deus nō tam suo ductu quām auspicijs  
administrat suis & imperio. Itaq; legatos su  
os & præfectos primū habuit acres homi  
nes ex

B 3 nes ex

DE CONTEMPO RERUM

nes ex familia sua delectos, quasiq; è sinu p=latos prouidentiæ, quos huic muneri prouinciatim destinauerat, quibus etiam leges ponendas, constituendoq; titus atq; tuendos mandauerat. Summa autem administratio di huius muneris, fungédiq; certaminis, cū in præmiorum pœnarumq; distributionibus duobus quasi cardinibus regendæ huius universitatis uertatur, disciplinā eā esse uoluit summam & præcipuam de elogijs diuinis eorūq; traducibus descriptam & consecratam, quæ Pontificia iura uno nomine vocantur, iuris civilis ac prisci qd eius fieri potest æmula. Ab his fôribus æquitas distributiva auctoritatem suam maiestatemq; & adepta est olim, & diu conseruauit. Sed ut sunt res humanæ natura cōparatae, & in inde terius proclive, potissimum huius functionis partem fortuna uendicauit sibi & retinuit principum hominum culpa, qui quod virtuti debebatur, muneris ipsi sui fecerunt & liberalitatis. Ex quo ueluti fonte iniquitatis, tanta indecentiæ, dedecoris, foeditatis, indignitatissimæ colluicio orbem nostrum inundauit in sacris & prophanis, ut iam uitius non plaudenda, non palmaris in theatro, sed deiecta & exacta explosaq; esse uideatur. Hæc culpa, hic error, hoc caput,

quo

quo ex capite malorum omnium Ilias, er-  
rorumq; (ut ita dicam) Odyssaea emanaue-  
re, incrementumq; sensim habuere, & pro-  
gressum quem uidemus. Indidemq; error  
ille ortus est, ut temeritas fortunæ & propu-  
dium (ut plane loquar) administrationis  
summiæ rerum, auctoritatem sibi mutue-  
tur è coelo quasi affinis prouidentiæ. Acce-  
dit huic culpæ uel arrepit potius ueterator  
ille Stygius, errorum nostrorū architectus  
& adornator, rerum quamlibet composi-  
tarum inturbator, quamuis fixarum le-  
gum labefactor, qui quod ipse in ordine  
coelesti decoréq; acquiescere nequit, è sub-  
limi deturbatus est, in tartaruimq; deie-  
ctus. Hic fortunæ olim diuinitatem, nūc  
(quod demum potuit) auctoritatem ita  
afferere instituit, ut fortunæ largitio prouis-  
tentia benignitas esse credatur, & pro au-  
gusta illa uenerandaq; prouidentia (si diuis  
placet) pseudopronœcam laudemus, aucto-  
rem eorum quæ temere, perperam, & con-  
scelerate fiunt. Nam uero, quum diuinis elo-  
gijs testatū habeamus & persuasum, experi-  
entia insuper cognitum & perspectum, ui-  
tam humanam partim pugilici certaminis  
(ut dictum est) instar esse, partim iustæ

B 4 militię

DE CONTEMP. RERVM

militia; similem, eosq; longius à discriminē  
abesse. extremāq; et horrenda internicione,  
qui i castris labore ac calamitate cinctis æra  
merent in mōrere, ne ipsa quidē ante per-  
soluenda, quām extrema peracta sint sti-  
pendia, militesq; Christi sigillatim missio-  
nem obtinuerint, quā uix fas est ipsam fla-  
gitare. Quid est tandem quod queri iure  
possimus? An quia nos prouidentia, tento-  
ria aut stationem habere, opūsq; ibi facere  
aut præstituit olim, aut sinit nunc, ubi ægre  
& cum tumultu munera obeuntur? At id  
sit imperio & auspicio summi ducis & ser-  
uatoris, qui ex eo imperator est cōsaluta-  
tus, quod signum mōroris in locum illum  
editum arduūmq; multo cum sudore per-  
tulit, unde tesseram salutarem petimus ue-  
nerabundi, ab erumna nomine habentem.  
Nempe in ihs statuīs, cum ipse non nescius  
esset multa iam me æstiuia hybernāq; egisse  
nō satis æquo placidoq; animo (identidem  
enim me quasi oneri ingemiscenē memi-  
nistī ac uidisti) q; me nūc redigeres ad æqui-  
tatē animi, de industria fecisti, ut te mihi lite-  
ris uelut manipularē adiūgeres, in cōtuber-  
niūq; adopriates. Quæ tuæ literæ cū in nego-  
cio subacerbo animi quandam suauitatem  
resipiāt inter quetelas retentā, mihi ipse nō  
succens.

scrimine  
tuncione,  
nctisara  
ante per  
a sunt sif  
ammissio  
sam fla  
queritur  
ia, teno  
bi facere  
ubi agre  
ar. At id  
is & fera  
salutat  
in illum  
pre per  
imus ue  
bentem,  
nelaus  
ipogesse  
enendem  
memis  
da quic  
nihil re  
oubet  
in nego  
quitatem  
nihil plen  
succens

## FORTVITARVM. LIB. I. 13

succensere non possum in hac conscientia.  
O me miserum, qui multis iam stipendijs  
id assequi nequeo, quod in rerum minus se-  
cundarū tyrocinio olim tu adeptus ( ut me  
mini ) etiam nunc retines, ut sentio. Nam  
cum natura inferiores animi vires mihi de-  
derit, quam ut despiceret impetus aduersa-  
terū queam, nec fortuna faceſſere mihi ne-  
gocia definiat, ( tædia enim eius infesta per-  
tuli propè iam, ex quo certò memini, cum  
adolescentulus essem, crebra, uaria, orna-  
menti ſq; meis incōmoda ) in locum queit  
dam ſane æditum ipſe, ut conſcendam, ne-  
ceſſe eſt, quem in locum minus certos iectus  
ac liberatos habeant eius pila, ſimul unde  
propior sit receptus ad præſidium philoſo-  
phiæ. In quo ego, ſiquando castellum aut  
propugnaculum nauctus fuero, Deo benēiu-  
uante, ſecuritate iam ſuccinctus, in numen  
iſtud teturum fortunæ probra ad ſatietalem  
ingeram. Sed redeundū ad rem. Age eſto,  
ut fortuna quietis meæ studioſae ſemper in-  
terpellatrix, animum ( ut opinor ) exofa in-  
ternis bonis, quæ dicuntur, longè plus tri-  
buentē, quam externis & fortunæ, ita nunc  
mecum redeat in gratiam, ut quod hinc eſt  
intercapeditis ad fatum meum ultimum,  
liceat mihi curis, angoribus, egrotatiōibus,

B 5 atq;

DE CONTEMPO RERUM

atq; ægritudinibus uacuo , quasi diem unū  
festum agere, uacationē tædiorum mero-  
rūm; præstantem, num debeam protinus  
hanc conditionē arripere & amplecti, ut fœ-  
licem me facturam haud dubiè & beatum;  
Evidem nō arbitror auctorem te mihi, &  
sua forem futurū, ut qui probè noris indul-  
gentem homini fortunā atq; obsecundan-  
tem, s̄epius maleficam fuisse damnosamq;  
quād aduersam & infestam. Neq; iunctista  
ad normam inspiratae philosophiæ exigo  
oraculī sue proditæ, cuius tu in primis do-  
gmata ueneraris & amplectere . Loquor  
ipse ad captum cōmutis prudentiæ, cuius  
expertes quoq; literarum compotes sunt &  
capaces. Nam nostrorum philosophorum,  
qui ex secta germanæ sapientiæ astruūt sua  
decreta, ut qui'sq; maxima cum auctoritate,  
summóq; scholæ p̄ie assensu de iure diui-  
no responsitauit, ita ominosum esse maxi-  
me fortunæ, fortunatorūm; nomeñ ferè  
censuit & infaustū. Constatq; inter aucto-  
res salutaris doctrinæ consultissimos, tam  
diuersam esse appellationē istam à uia mor-  
talitatis ad immortalitatem ferente, quād  
delitiæ Sybariticæ , uitāq; numeris omni-  
bus uoluptatis hilaris atq; festa, à uita remo-  
ta est ærumnosa atq; cruciabili. At huius ipsi  
us ui

us uitæ insignia pro sacro amuleto & ge-  
stamine alexicaco, optimus qui sq̄ hodie &  
prudentissimus libens exosculatur, gestat  
& complectitur. Quem enim regum, prin-  
cipum, primorū, eorumq; omnino, in quo  
rum atrijs fortuna uim suam sanè mirifi-  
cam uenditat & ostentat, ac propemodum  
numen nomini suo asserit, non pigeat, pu-  
deatq; sanctius quippiam magisq; luauian-  
dum ducere, quam **CHRISTI** seruato-  
ris gestamina, quibus oſ oculosque lustrare  
solent, exuuias scilicet ipsius sapientiae, cuius  
præceptis, interdictis, consultis, exemplis, &  
institutis, reipublicæ summa qua sacra, qua  
prophana, instituta est, & confirmata? Nec  
est uilla pars reipublicæ, ut omnia percen-  
seas, in qua huius doctrinæ non acris sit  
memoria consignata & consecrata, etiam  
si mores rursum in licentiam uetus tam re-  
uoluti sunt, eorum utiq; incuriam, qui ha-  
benas rerum tenent, noxa stygia excipien-  
te omnium illa quidem occasionum au-  
cupe solertissima. Proh diui immortales,  
nōnne hoc, si foretin terris, rideret Demo-  
critus: quæ nos augusta, sanctifica, hoīm q;  
tandem beatia ducimus & fatemur, hæc  
ipsa uelut auersanda fugimus & repudia-  
mus.

DE CONTEMPO RERUM

mus. Verum illa errorum satrix noxa, exitia  
biliūmque rerum conciliatrix, fortunae diui-  
nitatem lege poenitentiae mōrētis abroga-  
tam, scitis cupiditatis amibitōisq; relatis ite-  
rum esse iuslīt. Itaq; furoris atq; amentiae in-  
star est, si recte aestimetur, quod cum quisq;  
præ se ferat, & dictitet se in uerba Seruatoris  
adactum, nemo etiam aquæ & ignis cōmu-  
nitate dignum esse censeat, qui nō huic ipsi  
duci se auctoratum, atq; in fide esse eiusdem  
profiteatur, uniuersiqt; quotannis cum ra-  
tissime, plæriq; sœpius ad tentorium eius sa-  
crosanctumq; augustale conueniant, solēne  
sacramētum mystica dape coelestiqt; instau-  
ratur: uix interim unum & alterum inueni-  
as, qui uiam illam arduam inire uelit, studan-  
ti demum & algenti permeabilem, quam  
ipse nobis præmonstrator præiuit. Atqui ijs  
qui in fidem fortunę se suāsq; fortunas con-  
ferunt, nihil quicquam negocij esse potest  
cum CHRISTO in hac uia, aut cōmercij,  
ut ne affecdis quidē illis IESV Christi fuit  
olim cum fortuna, ne esse quidem hodie  
quicquam debet nobis, si illorum nobis in-  
stituta cordi sunt, eorumq; sanctitatem bo-  
na fide colimus. Siquidem cum IESVS  
ipse CHRISTVS paupertatem, inopiā,  
calamitatē, ærumnā, conflicitationē,  
mōro-

mcerorem, uitam lamentabilem, immorta  
litatis uitam ingredientibus, pro uiatico sta  
tuerit, quarum rerum auertendarum causa  
fortuna inuocatur, quid causæ est tandem,  
quin si fortunati esse uelimus, cœlestiū nu  
merum augere nequeamus? Qua fronte  
igitur nitimus fidem nostrā Seruatori no  
stro, pbare, si uota nostra ac desyderia cum  
religione eius institutiſq; discrepant? si ea  
uitæ instituta sequimur, ac perseguimur e  
quis ( ut aiunt ) uelisq;, quæ ē diametro op  
posita sunt eorum discipline, quos, ut diuos  
colimus ac suspicimus? Hoc illud est profe  
cto, illa, quæ in fide posita sunt, eāq; persuas  
sione, quam Orthodoxā uocamus, remissi  
us ac lentius humanos sensus mouent, q;  
ea quæ oculis atq; auribus alijsq; sensorijs  
partibus percipimus. Quod si rerum intelli  
gibilium spectra sensus nostros, tam ualidē  
pellerent, quām rerum uisu, gustu, tactu, a  
liásq; perceptarum & comprehensibilium,  
ecquem esse putas iudicij, tam infelicis ac  
præposteri, quin uerdiām esse fatetur,  
ac profiteretur bona hæc temporaria, cadu  
ca, fluxa, & imaginaria, eternis, fixis, solidis,  
ueris, & exemplaribus deniq; permutare: il  
lorūmq; curam antiquiorem ducere & ha  
bere,

DE CONTEMP. RERVM

bere, sola repræsentatiōe adductos? Nisi ue-  
ro perindē interest existimationis humāne,  
utrum aliquid in præsenti fruitiōe positum  
sit, an in spe potiundi, & longa expectatio-  
ne. Nōnne multis in rebus natura cōparatū  
est, ut acrius incūbamus animo, in spei rei  
potiundæ, quām in re ipsa potiunda & fru-  
enda acquiescimus? Vt cetera nunc argu-  
menta rei desint, satis (nisi fallor) ad iudiciū  
esse potest, qđ ferē homines animi magni-  
tudine præditos uidemus bonā ætatis par-  
tem in arduis rebus persequendis atq; intra  
stabilibus conflictari & confici, illud demū  
operæ premium expertentes, ut beatius atque  
honorificentius consenescere liceat, imo ue-  
to ad senectutem usq; supremā enectos cura  
& sollicitudine uideas, quo beati, id est, lo-  
cupletes aut honoribus præditi fessam iam  
animam exhalent. Nonnullos etiam ætate  
ac robore florenteis uideas æquis ac præse-  
tibus animis mortem oppetere, ea demum  
gratia, ut sepulchris ossa sua tegantur elo-  
gio cohonestatis. Tanta uis est immortalis-  
tatis, que igniculos ciet in animis nostris ad  
cœlestia suspicienda, si non errabundos o-  
culos aliorum detorqueremus. Mihi qui-  
dem hæc & alia huiuscmodi æstimanti,  
arbitrari interdū euenit, nihil ante **CHR**I-  
**STI** ad

STI aduentum inuestigabilius ueritate, ab eius uero decessione nihil fugacius fuisse, quippè quam tot ingeniosissimorū hominum conuentus, tot scholæ certatim inquietentes, ac per omnia naturæ uestigia indagantes, cum argumētosos disputationum labyrinthos nequicquam implicuissent, nihil aliud, quam pro ueritate uestigata laborem, fatigationem, errationem ancipitem posteris reliquere. Deinde cum ipsa ueritas in medium prodijisset sub uelamento personæ, disciplina quidē illa sua effectus mirificos ædidit ad discutiendā caliginem ignorantiae, quā tenebrarū præses Horcus orbiterū circumfuderat. Hanc cœlestem disciplinam ueritas è terris decedens, partim manibus traditam, partim consignatā reliquit, testatamq; deinceps locupletissimis testimonijs. Cuius disciplinæ uenerandis atq; auctoritatibus ambagibus in æternū consecratae, cum tot extent commentarij, tot interpretum enarratiōes, quibus ex ipsis uelut quibusdā conspicilijs ueritatem ipsam eandēm q; sapientiam, tanquam in sacrario conditam cernere nobis licet, si animaduertere uelimus (& si enī in abstruso est ueritas, nec cuiq; obuia, post integrum tamen eloquij sacro-sancti ac mystici nuda iacet ipsa, transpicciendām q;

DE CONTEMP. RERVM

**Accuratus Curiosus.** ciendamq; se præbet, ac penè intuendá pro-  
pius accuratis quidem oculis, non item cu-  
riosis.) Fit tamen nescio quo modo, nec si-  
ne diro stupore, ut tantæ rei, tam uisendæ  
spectrum animo nostro non satis adhære-  
scat, quamlibet impressisse meditatione ui-  
deamur. Nam simul, ut ab eius contempla-  
tione digredimur ad actiones solitas, & fun-  
ctiones uitæ rerum utiq; mirabiliū spectan-  
darumq; simulacra è principatu mentis exo-  
lescunt, non aliter atq; fugacia uestigia, leui-  
terq; impressa. Quin & eō euasit obliuio,  
socordia, stupor, ut homines rerum secula-  
rium atq; interiturarum prudētes, in rebus  
ipſi sensilibus & concretis philosophentur  
cataleptice, in rebus æternis solōq; mentis  
incubitu perceptis, consideratorem illum  
Arcessam non respuant auctorem in assen-  
su summe illiberalē. Tali autē iacto in ani-  
mi principatu fundamēto, qui fier tandem  
ut ea cohæreant stabiliter, quæ superextrui  
necessē est ad finē adipiscendum bonorū.  
Nihil uero perinde ualebit ad despicādam  
fortunæ potentiam & fastum, quām si toto  
pectore incubueris ad eam cogitationem,  
quæ nulli non est in promptu, forē scilicet  
tandem cum omniū rerum, quæ in cōmer-  
ciū hominū cadunt, eadem sit indicatio,  
nec plu-

nec pluris sit centies septuaginta quam mille  
 aeris possedisse. Tandem dixi: cui uero in  
 conflagratione illam olim futuram te reij-  
 tiat. Breui, mox, propediem, iactiati hoc  
 erit, nec minus paucis mensibus quam annis  
 paucis, nec minus etas quam perendie. Quid  
 breuius esse potest: momenta etiam singu-  
 la cedunt, nec minus viro, quam adolescenti-  
 ti, seni, quam iuueni, ualenti, quam infimo,  
 stanti quam decubanti, in pacato, quam  
 in hostico, salubri, quam pestilenti. Otiendi  
 profecto & occidendi conditio omnes ho-  
 mites aequaliter. Censu & classi & ordinis  
 uitae tantum comites, in morte destitutint.  
 At intra id spatum fortunae in perium clu-  
 ditur, et uita controveros cum morte finet  
 habet. Terminus enim fixos nullos esse si-  
 hit nascendi conditio misere obnoxia. Quod  
 nam igitur illud est tantum, tam exoptan-  
 dum, tantopere persequendum, omni ope,  
 omni contentione querendum, quod for-  
 tunatos scilicet homines facit & beatos: Heu  
 dementia, fortunatos istos fortuitatibus sua-  
 rum non poenitet: Immo uero nos ipsos  
 hebetudinis & stulticie non pudet, quorum  
 mens aciem splendor ille inanis & utre-  
 us honorum bonorumq; praefringit, quibus  
 fortuna congiaria sua facit: Si tu ista

C magni opere

DE CONTEMP. RERVM

magnopere suspicis , eorumq; compotes  
ob id felices putas , non iubeo te in æuum  
cogitationem producere( quanquam id ue-  
hementer ad rem pertinet ) dieculam mos-  
do expecta , & præsto uel tibi uel illis erit fa-  
tum , cum quo extrema sensa subibuntur , lon-  
ge ab ihs diuersa atq; abhorrentia que men-  
tem nunc nostram & uersant & diuexant .  
Dieculam dixi quasi decennium aut altero  
tanto maius spatium (quod raro indulgeri  
ingenti fortunæ solet) cum interim inexor-  
abilis Atropos , disp̄latrix interiuallorum ,  
in annuam fortasse aut bimā diem æuum  
nobis proroget , cum certo certius sit unum  
quemq; mortalium simul ut in lucem edis-  
tus est , ex edicto mortalitatis perpetuo atq;  
æterno , non magis in perendinum diem  
quam in crastinum uadimonio esse obstri-  
ctum . Ut autem in conflagratione orbis ,  
quam etiam prisei poëtae suspicati sunt ( cū  
compage soluta secula tot mundi supremâ  
coegerit hora , rerū omnium indicatura ad  
assēm reducetur , atq; etiā ad quadrantē , nec  
quicq; inter opulentia intererit et inopiam ,  
honore & ignominiā , fortunam & infor-  
tunium , sic in morte cuiuscq; qui quidē sen-  
sum habeat immortalitatis animi , necesse  
est utiq; ut nouis subeuntibus & inusitatibus  
recordar-

recordationibus uerustæ illæ obsoletæq; fa-  
cessant, nisi si stupor dirus est in quorūdam  
mētibus (quod in nobis abominor) siden-  
tēsq; adeo & iniustæ sunt cogitationes rerū  
mox relinquendarum, ut mortem illi qui-  
dem obeant pecudinam. Proinde deceden-  
tibus pristinis sensibus, uoluptatem, hilari-  
tatem, iucunditatem, diuinitiarum, prædio-  
rum, prouentuum, honorum gestorum re-  
cordationem atq; meditationem (quæ sola  
mensura est diuinitiarum) consentaneum est  
& uerisimile decedere. Ita deinde tristum  
animum de rerum fortuitatum migrare  
possessione, quam manuum, pedum, o-  
mniumq; sensuum ministerio quæsitam re-  
tinebat mordicus & perdite & exitiabiliter  
fortasse. Quare causam haud dices (ut opa-  
nor) quin despabilis nec prædicanda ha-  
rum sit rerum possessio, quas ne longissi-  
mi quidem temporis usu suas ita quisquā  
possit facere, ut non precarias facultates ha-  
beat, idemq; ueluti fiducia cū fortuna con-  
tracta beatus demum sit & copiosus. Iam  
vero præter casus fortuitos, quantum uiri  
maiores improbioremq;, cui etiam for-  
tunæ subiectæ sunt, quantum inquam de-  
mere precio & estimationi censes huiuscæ-  
modi rerum quæ arbitriae sunt fortunæ,

C 2 quaq;

DE CONTEMP. RERVM

quāq; ueluti mercede licet ut libertatem im-  
proba plagiaria ingenuarum mētium fese  
ipsi mancipantium. Tametsi alioquin in  
harum facultatum aestimatione, non tam  
copia exuberans & redundans, quā utendi  
fruendiq; scientia refert & cōmoditas, be-  
nignitasq; possessoris aut malignitas, qui si  
sibi ipse uni possidet, non humano more,  
sed canino possidet, si nec sibi nec alijs, ut  
pleriq; prædiuitum, nō possessor est iustus  
sed draco Hesperidum, & custos hæreditas-  
tis quæ hæredi afferuatur intacta, sin alias  
perperam utitur, felix esse quoniam pacto  
potest eo bono quod in malum tandem  
uersurum est. At rarissima sunt exempla in-  
culpate possidentium & utentium, ita uiz  
des quid sequatur. Vnde nam autem tanta  
ista aestimatio: unde tam acre desiderium  
rerum fortuirarum. Nempe ab errore atq;  
hebetudine sensuum. Quis enim accurate  
intuens & perdendens, non perspicit opes,  
honores, diuitias (quo ueluti pabulo inani  
et imaginario cupiditas humana explere in-  
gluuiem suam nequit, ac diram illam famē  
sedare habendi et fruendi) non suapte natu-  
ra bona esse & cōmoda, sed honorū tantū  
simulacra, ludibriāq; sensuum. Quorum  
ipsorū hullucinatio, quum assensorem sibi  
animi

animi mentisq; principatū ascivit, hominē statim alligat culpa atq; errore capitali. Nā quibus in rebus Deus & natura inspectio nem & arbitratum rationis esse uoluerunt, auctore ipse cupiditate ad sensus aut stolidos aut stupidos iudicium rejicit. Ita ex cordatis excordes fiunt homines, tum scilicet quum huiuscmodi illicijs cordis ac mētis humanæ corrupti, iudicium præpostorum faciunt, honoratissimo utiq; loco ponentes ac cēlentes ea sēpē quæ infimi ordinis sunt cōstitutione naturæ. Quum aut in opinione hominū sursum deorsum sit (ut aiunt) et rursum prosum, uix est utiq; ut in eorum actionibus & consultis quicquā recte atque ordine statuatur. Quo modo igitur nos Christi sacris initiati, præmōstratorē ipsum sapientia, salutarisq; uia ducem sequimur. Nemo est enim qui non id habeat in uotis, nisi mente captus est, idq; sperare se dictiter. Nempe, ut præposteri uiatores, qui auersi et impediti sarcinis eō se peruenturos haud ægre sperat quod aduersi alij et expediti cum labore ac fatigatione euadunt. Proinde præcipuam atq; antiquissimam ipsi potius earū rerū in curam habeamus, quæ iure optimo & possidentur & ad usum habentur, optimeq; iure eas esse res censeamus, quæ nec

C 3 sunt

DE CONTEMP. RERVVM

sunt ipsæ fortunæ nec principū uectigales,  
nec cuiusquam omnino potentatus infra  
superos, cuiusmodi sunt dos & instrumen-  
tum animæ, quæ à Deo supernisq; potesta-  
tibus conferuntur, quæq; res aliæ hoc instru-  
mento, cultu & subactione animi, multipli-  
cij ( ut ita dicam ) spiritalis soli uestigatione  
queruntur. Quandoquidem hæc propria  
& nostra sunt, si tamen quicq; suum homi-  
nis esse potest, cum interim quæ posside-  
mus omnia, quo iure cūq; titulōq; ea possi-  
deamus, à Deo profecta sint, si ius à capite  
(ut dicitur) arcessere uelimus, ab originēq;  
repetere. Sed tamen esto ut proprium habe-  
re quipiam serui Dei possimus, tam erit cer-  
te unumquodq; maxime hac conditione,  
quā minime obnoxiam causam habebit.  
Atqui eiusmodi sunt, quæ nechominis nec  
fortunæ debentur, quæq; nec tyrannica ua-  
let auferre uiolētia, nec pignerati iudex, nec  
sunt in ea causa ut iniectare ihs manum for-  
tuna possit ut precatijs suis aut fiduciarijs.  
Cui etiam libertati accedit, quod ita huius-  
modi pignora possidentur, eōq; mancipij  
iure accipiūt, ut quū eorū usu fructuq; unus-  
quisq; nostrū in vita potitus sit, indeq; large  
ac prolixè benigne fecerit, cū hoc ut nihil eo  
sū usu erogationeq; detritū sit aut intertritū,  
ad hæc-

ad hæredē etiā aut honorū possessorem do-  
miniū non transeat, aut aliū quempīā. At  
bona fortuita seu h̄ereditate deferantur, seu  
emancipētur, seu titulo quo cuncti ciuii que-  
rantur, eo ferē iure sunt ut possessionis asse-  
clas & comites nec festiuos nec iucūdos ha-  
beant, sollicitudinem anxiam, metū illibet-  
alem, custodiā per vigiliē, auditatē in dies  
in horāq; gliscētē. Tum si quid deperit  
aut interramento imminuitur, si seruando  
non seruatur, si amicus rogat utendum, si  
propinquus cuius fides non admodū per-  
specta est, mutuandum, admetiendum, ap-  
pendendum stipulatur, si uicinus præpo-  
teus aut improbus agri particulæ oculum  
adiecit, quantum inde indignationis, pauo-  
ris, palloris, ruboris, æstus enasci potest, in-  
terdūmque liuoris: quantum præcipitis iræ  
& saepe uecordia, si iactura fulcentior ad-  
missa sit? Fortunam te ueluti iniuritatis  
arcessere ex literis tuis video ob ereptam  
tibi bene gerendā rei facultatem, reiq; po-  
tiundæ spem incommodē præcīlām, non  
modo tibi prædictorio iure debitæ, sed  
etiam iam despōnsæ. Quid tandem fa-  
cturum te fuisse censes, si quæstuariorum  
unus fuisses, qui pluris compendium  
quām fame integratatem atque innocen-

C 4 tia con-

DE CONTEMPLATIONE RERUM

tix conscientiam aestimantes. Evidem te at  
horror pro eo ut dolori nunc adluderes  
(quod literis tuis fecisti nullam animi saucii  
speciem preferentibus) superos (prope dixe  
sum) convicis insectaturum fuisse, ut mos  
inoleuit capitalis, si secus quid fortuna de  
fortunis statuerit quod ad nos pertineat, ira  
non ut in ipsam damni aut maleficij auto  
rem importaretur innoxia, sed in Deum  
diuoscium innoxios obueramus, tum furias  
cieamus atque intrepicias, quibus interdum  
ipsis agimus ac ferimus destituentे prouis  
tentia, poenas nimium pendentes nimiae  
ac perdite rerum fluxarum friuolarumque cu  
ræ. At qui inter illa tergemina ora Cerberi te  
territum id esse puto, quod hiacem illam  
cupiditatem habendi humanæ vitæ exha  
lat. Et Veneris enim titillantis, & iræ præ  
cipitis patrociniis qui quis suscepturnus, ex  
culare naturæ uitium posset, cui par esse ra  
tio non nisi ægre potest. Insrenis autem  
illa cupiditas & incitata, quæ multos exi  
mios animos tragicis facinoribus conse  
jerasse comperta est & nostra & maiorum  
& omni denique ætate, nescio improbor  
iudicari debeat, an ab ingenuis & ho  
nestis disciplinis abhorrentior. Quip  
pe quæ nec fines ullos nec numeros mo  
dusq; no-

dem teat  
dluderes  
milaucj  
opedixe  
utmos  
tura de  
neat, ita  
ca aucto  
ii Deum  
in furiis  
terdum  
e provi  
smijac  
rcu  
bereti e  
illam  
exha  
ja pze  
us, ex  
cessera  
autem  
os exis  
confes  
itorum  
robior  
& ho  
Quip  
cos mo  
loq no

## FORTVITARVM. LIB. I. 21

dōsq; nouit, nec quid satis sit, quid quadreret,  
quid excurrerat, quid exuperet, quid modum  
impleteat, quid circūfluat, percipere unquam  
potest. Quo sit, ut undiq; & quoquo uer-  
sus, & ut græci dicunt, τάντης τάντως ineq;  
pti, inscī, absurdi sint, & a cōmodis suis ali-  
orūnq; uersi, nec sui, nec alieni quicquam  
uere habentes, qui bonoru suorum finem,  
aut in capsis condiderūt, aut humi defode-  
runt. Nam per diuos immortales, quid pu-  
gnantius esse potest cum ratione, quid mi-  
nus iuri natura comparato consentaneum,  
quid deniq; proprius amentiam accedit aut  
insaniam, quam hominē uiañorem eō dein  
ceps amplius atq; amplius ad unamquaq;  
mansione uiaticati, uiatoria etiā uasa anxie  
corrogare, coēmire, ac congerere, quo mi-  
nus minusq; superest ei uiae? Eat igitur &  
ualeat Fortuna, donatiuis suis uberrimis in-  
ter eos sese iacter, qui fortunas loculōsq; dis-  
tendi, & utilius & amplius esse putat, quam  
animū lautis moribus, disciplinis elegantis-  
bus, philosophiae præceptis institui, excoli,  
perpoliri. Quibus ex rebus cū homini hu-  
manitas accedit & induitur, tum uero ratio  
& intellectus natura tantū inchoata, institu-  
untur & consumantur, sine quibus nec ex-  
pedite satis, nec cōmode, nec eleganter pen-  
C 5 sum uitæ

DE CONTEMP. RERVM

sum uitæ agèdæ absoluere possumus à Par  
cis nobis tributū. Id quod si recte, si probè  
fecerimus, si agnita fide bona depositū redi-  
diderimus, quid causæ est, quin uitam au-  
spicato initam, fœliciter actam, fine quoque  
beato cluserimus & expertendo? Det id de-  
mum prouidentia mihi tandem, ut opus ar-  
bitratu Domini factum sit, & uitæ pensum  
absolutum, nimirum ipse nihil iam ad rem  
pertinere fatebore fortunatus id an fortu-  
nis euerlus fecerim. An uero, ut qui se in-  
structissimus est bonis, nō modo fortunæ,  
sed etiam naturæ, quæ pluris sunt, ita facilli-  
mè uitam, fœlicissimèq; transigit? Non ar-  
bitror, ne tu quidem ipse arbitrare, nisi cul-  
tus animi accesserit, & mores ad amissimi-  
formati, ad perpendiculum exacti, ad regu-  
lam respondentes. An emendatissime mul-  
to id minus. Quid igitur ista tantopere ex-  
poscuntur, quæ nihil ad finem honorū per-  
tinent, etiā si nominis appellationisq; fuso  
cognitionem huius generis ementiuntur?  
Atqui, si rationem consulueris, harūque  
eam rerum consultam, prudentem, arbi-  
tram audieris, quo minore pomero in-  
stituendæ uitæ fines, tuendæ que econo-  
miæ summam circumscriptero, eò & secu-  
tius & expeditius uitam egero, atque etiam  
compo

compositius. Compone nunc securitatem curis, expeditam uitæ rationem, impediat sarcinis acceptorum & expensorū, compositum uitæ institutum & circucriptum, uasto atq; immenso, & statue utrobi men tem atque animum, & frequentius & pleni us esse apud se, secundumque uiuere credendum sit, & aude de eo addubitare. Iam ue ro animus externæ istius beatitudinis opinione imbutus, atq; etiam immersus, quæ proflus terrena est, suopteque nutu sidens, quo tandem modo existere, ac cœlum suspicere potest: Quod rāmen ipsum homini proptium natura dedit, ut nomen græcum indicat, insignēq; discerniculum inter animantia. Vel quod alij (si superis placet) cum habenas effuderint ferocibus illis bigis cupiditatis atque ambitionis, confidunt, simul ut ad immensi spaciū modum quendam certum, sibi que destinatum procurrerint, moderationis sese frenis affectus effrenatos coēcitueros, quanto tandem cuique nostra memoria contigit aut majorum, ut cum uelis fortunæ expassis, & aura obsecundante ultra mentis suę captum prouectus esset, in uastum illud æquor se rapi intelligereret, cum discrimine salutis: Quis unquam in hoc cursu nauem

DE CONTEMP. RERUM

nauem blandiēte Fauonio aspirantēq; pro-  
iectam, retrō inhibere tētauit, portūm q; cir-  
cumspectare: Ecquo unquā de homine u-  
no & altero audiūimus, qui ita ad summū  
contenti cursus peruererit, ut illic securus a-  
nimo acquiesceret? Attes omnes mechanici  
(ut opinor) finium suorum summā eō  
conferunt publice priuati m̄q;, ut corpori-  
bus humanis incolumente tueantur & p̄ae-  
stant, quoad eius fieri potest. Attes autē libe-  
rales & ingenuæ, ut animū moribus ihs in-  
forment, qui uacationē ei p̄aestare possint,  
quām fieri potest maxime ab extrahīs inter-  
pellationibus atq; obturbatiōibus, quo ma-  
gis semetipsa frui mens, securēq; uersari in-  
tra pr̄ecordia, quasi intra septa sua possit, in-  
tusq; se continere. Siquidē eō pertinere tan-  
dem arbitror, quicquid philosophia de con-  
stituendis moribus singulorum uniuerso-  
rumq; cōmentata est. Quare quicquid ho-  
mo non mente captus consulit, meditatur,  
& agit, & nature īinstinctu, & iuris gentium  
astipulatu, eō spectat ad extremū, ut incolu-  
me domicilium animo cōseruetur, in quo  
tanquā procul arbitris affectibus & obtur-  
batib; sensib; obire functiones suas  
possit, ac sese ortūm̄q; suum & fine æstima-  
re & cognoscere. Functiones porrō animi  
legiti

legitimæ, cum sint intelligentiæ sursuum spectantes ad opificem animi, qui animū similem sibi condidit, qui rādem fieri potest, ut animus sacerdotalium cogitationū, quodam quasi gurgite hauftus, ibi q̄ sibi libenter aut suis sensibus morigerans, existere statis uici bus ad procurandū sese queat, ad eāmq; uiam ineūdam accingi, quā in via sanè quām proculata, tamen redeuntiū uestigia nulla uisuntur. Quocirca animi illi crassi atq; cōcreti, in luto semper harentes rerum calibus obnoxiarum, Fortunam ipsi almannam suam & propitiā colant, cui litare uel tusculo possunt homines geneseis fortunatas habentes. Mercurium etiam illum circūforaneum & quæstorium præsentem, fœlicem, proprium habeant, cuius numini Græci sua nomina indiderunt. Nos aut̄ Fortunæ minus reterentes, de fortunarimq; incremento non ita ualde laborātes, illum agnoscimus potius Mercuriū, quem Logium p̄fisi uoci tauerunt, tum artium illum quidem humiorum, tum rationis illustrandę presidem ac potentem. Hic est ille Mercurius, qui à uo interpretandi atq; indicandi conceptuū animali, Hermes appellatus est. Nam absq; eo in teruentore foret & interprete, nullum terris cum cœlo cōmercium, nullum mortalibus cum

Egyp̄.

DE CONTEMP. RERVM

cum superis pignus cognationis, nulla ( ut  
ita dicam ) tessera necessitudinis immorta-  
lis fuisset, ne inter homines quidē ipsos ius  
gentium coaluisset, ex quo uelut humanita-  
tis fonte cōuenta, pacta, fœdera, charitatisq;  
vincula emanauere, retinacula sanè ualida  
societatis humanæ, ciuitatūnq; coagmenta  
atq; conuenticulorum, è quibus iura rursus  
atq; instituta ciuilia sunt enata, quasi propria  
gnacula & præsidia destitutæ atq; intermis  
innocentia. Indeç; porrò iusticia non orta,  
sed celebrati cœpta est. Quod autem ad me  
pertinet, causam haud dico, quo minus ad  
uenititia ista bona ( sicut sanè bona etiā, quan-  
do ex uulgi more ac sensu loquendum est )  
apud insciós, ( quæ multo maxima pars est  
hominum ) æstimationem suam indicatu-  
rām q; tueantur, locū etiam in censu prima-  
riū obtineant, quando iure moribus ho-  
diernis constituto cum ubiq; fermè, tum in  
Gallia, insciéta, inertia, infantia, bellissimo  
quoq; horum bonorum utitur ac fruitur &  
exoptatissimo. Sic enim necesse est evenire,  
ubi iuris distributiui æquitatē unius & pa-  
corum metiuntur placita Fortunæ arbitra-  
tu. Quapropter istum rerum statum ægro  
animo expendere, hominis est imperiti, aut  
terum æstimationis ignari. Quanto enim  
præstan-

præstantius esse censes homini quidem pie  
 tatis recte constituta retinenti, alijs atq; alijs  
 in dies incômodis afflictari atq; etiam pro-  
 sterni, quam successu successum excipiente  
 evadere in sopore exitialémq; socordiam.  
 Quanto exitiabilitis est animū rerum secu-  
 darū cumulo, quam terumnarū obtui. Ex  
 illorum natione uideas processibus immo-  
 dicis inebriatos, ludibunde loquitanteis de  
 immortalitate, in diuinis facetos, spéimq; æ-  
 ternitatis cum risu cauillanteis, sic uitam æ-  
 ternam petenteis, ut Cæsaris olim candida-  
 ti petebant magistratus. Et istos nos fœlices  
 putamus, quos prosperitatis mandragora  
 consopitos auceps ille animarum ductat hi-  
 latos in exitium? Verum sint illi sane fœli-  
 ces, sua ipsi fœlicitate potiantur & acquie-  
 scant. Ego in eorum bonorū adceptionem  
 contendam & aspirabo, in eaq; contentio-  
 ne acquiescam, quorum bonorum questus  
 & compendium, non in aduentiorum ra-  
 tiōem, sed in projectiorum refertur, ab ijs  
 quidē certe qui recte & ex fide tabulas confi-  
 siciunt, herilem reuerentiam non exuen-  
 tes exuberante profectu. In ijsq; demum  
 rebus peculium occupabo, que nec in com-  
 mercio ipsæ sunt hominum magno licitan-  
 tum, nec prætoris addicentis edicto uenun-  
 dantur.

DE CONTEMP. RERVM

dantur. Et quoniā mancipio dantur accip̄is  
untūq; in ijs utiq̄ fortuna nihil suum uen-  
dicat, quū nihil ipsa dare possit, nisi fiducia  
contracta. Horum aut̄ bonorum possessor  
solum Deum laudat auctorem, si probe se  
nouit ipse. Quare in eo pr̄cipue animad-  
uetenda cautio est. Caput est aut̄ rei, ut bo-  
na fides inoffenso tenore comitetur posses-  
sionem, & scitis iurisperitorū magni refert,  
quo quid q̄ possideatur animo. Hic mihi re-  
spondere (ut arbitror) non grauabere, si te-  
rogem, ( cum enim altero genere sis & am-  
plè & probè peculiatus, tum alterius gene-  
ris rationē semper accuratēq; habuisti) num  
horum bonorū quinq; minias totidem ta-  
lentis illorum rependi posse pures? Quid  
quinquies quinq; talentis? Quid deniq; sex  
centies multiplicatis? Non sum nescius hæc  
& illa te expendere ad Critolai libram sole-  
te. Quare bonorum animi lancem ita pro-  
pendere utiq̄ censes, ut ne orbis quidē uni-  
uersi possessione subleuari possit, si in alte-  
ra lance quoquo modo impotatur. Ita ui-  
des, quò redeat summa largitionum fortu-  
ne, si quis recte ratiocinari didicit. Sed istam  
imire rationem n̄ nequeunt, qui populari  
civiliq; trutina externa bona corporis que  
penitant. Ceterum cum quicquid facimus

ac cont

ac cōsulimus, eo spectare debeat, ut uiræ res  
etæ atq; commode degendæ instrumentum  
ex eo augeamus atq; tueamur, philosophia  
am (ut opinor) consectari debemus acri  
terq; complecti, qua nullum est commodi  
us præclariusq; instrumentum rebus, tum  
aduersis, tum secundis fungēdis. Hac enim  
magistra rudimenta rite ponemus toleran  
tiæ atq; æquanimitatis. Hac duce atq; impe  
ratrice instructam (ut ita dicam) aciem fir  
mati cōsiliorum auctoritatūmq; sacrarum  
habebimus, accinctāmq; commētationem  
aduersus Fortunæ impressionem, quæ men  
tis humanæ constantiam rationēmq; oppu  
gnat, & saepè loco gradīque mouet. Simul  
uero auscultare sacrosanctæ illi magistri co  
perimus, dictatāq; eius ediscere, tantam esse  
discrepantiam inter sensum humanum di  
uinūmq; iudicium intelligemus, ut quæ ab  
ieclissimæ sunt sortis apud homines, quæ quod  
per incendia, cedes, periuria, perfidiam, per  
certam deniq; perniciem fugiuntur, ea au  
storitate euangelica esse in prima commen  
datione posita, & uice uera quæ nos, ut in  
primis expetenda beatāmq; uitam efficien  
tia persequimur, adepti quod retentamus, inter  
duim cum certa præsentīq; noxa, illa ipsa au  
toritate eadem uel nullo numero locoque

D esse po

DE CONTEMP. RERVM  
esse posita, uel lubrico, abrupto, &  
præcipiti. Quo fermè efficitur,  
ut qui de affluentí possessio  
ne rerum fortuitarum  
terrenarumq; am  
bigūt & con  
tendūt,  
&  
magnoz  
pere laborant,  
non ius quidem ipsi  
è coelo petere, sed uelut  
Horco disceptante non de salu  
te, sed de exitio certare uideantur.

G V L I E L M I B V  
dæi de Contēptu rerum  
Fortuitarū Libri pri  
mi FINIS.

ERVM  
tupro, &  
fficiatur,  
fficio  
n

GVLIELMI BVDAE I 16  
DE CONTEMPTV  
RERVM FORTVITA  
RVM LIBER SE  
CVNDVS.



LAUDERE hic set  
monem Draco fra-  
ter potuisse, nec  
inepte (ut arbitror)  
nec præproperet, ni-  
si me rursus in altū  
admiratiōis quidā  
æstus stupori sc̄q; ra-  
peret, reputantē sci-  
licet quanto se piaculo scelerēq; obstringe-  
tent, iñ quos intellectum & mentem instat  
quoddam diuinitatis, & ad fruēdam olim  
diuinitatem participandām q; producta ac  
procreata, posthabere iñ rebus non pudet,  
quæ iure tantū gentium censemur, non etiā  
nature. Neḡ; enim video qua fronte, qua fi-  
ducia, qua ratione, quibus ex causis defensi-  
onem ipsi exorsuri sint ante summū tribu-  
nal, praesertim in conspectu & corona satel-  
litij supernatis & infernatis, quod Deo iudi-  
canti apparere credimus in quæstione capi-  
tis. Ecquid fortasse præsidij in eo esse confi-  
D 2 dunt,

DE CONTEMP. RERVM

dunt, si excusanda summa diraq; ignoran-  
tia, summi atq; ultimi supplicij damnatio-  
nem deprecabuntur: Credo (ut est Dei cle-  
mencia in mortales propensa & facilis) non  
nihil id nobis apud Deum ualituru, præser-  
tim cum Deus muneris sui fecerit, quicquid  
recte ab homine consulitur, ac statuitur in  
summam sue salutis, fieri q; nequit, ut qui si  
bi in sece spem salutis esse existimarit, non  
crimine quodam se alliget imminutæ ma-  
iestatis diuinæ, usque adeo manca, destituta,  
cassaq; omni suo præsidio natura est homi-  
nis, cui facultatibus lapsæ in reatu primi pa-  
rentis, libera tantu uoluntas relicta est subsi-  
dium salutis in CHRISTI piamento po-  
sitæ. Sed tamen si ueniam sperare ijs lice-  
bit, qui in ueritatis contubernio educati &  
alti, ad ueritatis scita atque responsa, quibus  
sacra lecat & exuberat doctrina, quibus sa-  
cerdotum concionum loca quotidie circum-  
sonant, deniq; quæ nobis sacrosanctis cantii-  
cis quotidie inculcantur, auribus & corde  
occilluerūt, quid illis non sperandū esse di-  
cemus, qui abditis in locis, aut longissime  
remotis à sacro contubernio degunt: iam  
s; eos, quos aut casus, aut nascendi conditio-  
uel in exterioreis insulas, uel in continentes  
abstrusas amandauit, eo nomine execra-  
mur ac

mur ac despiciamus, quod CHRISTVM  
 salutis auctore parentemq; non agnoscant,  
 nec in fidem eius se cōferant, quæ (malum)  
 recordia est in eo nobis metipls indulgere  
 blandiriq;, quasi ipsam sapiētiam, ipsumq;  
 Dei filium cœlestium rerum æternarumq;  
 potentem & arbitrum, in oculis gestemus  
 & feramus: Quid enim hoc eos subleua-  
 bit, qui præceptis eius non obtemperant, &  
 eius doctrinæ dictioq; audientes se non præ-  
 bent: Nos incunableis doctrinæ salutaris la-  
 stati, in sinu & inter ubera recte sentiētis phi-  
 losophiae aliti (quod geminū est instrumen-  
 tum ecclesiæ, ) cuius auctoritate sanctissima  
 de diuinis persuasio inititur, ipsa insuper cō-  
 probata elogijs tot iuratissimorum testiū,  
 qui non ex prisca ipsi more testandi censem-  
 diq;, ita sese arbitrari, aut ita sibi uideri, sed  
 ita esse planè palam cum assuerarent &  
 contenderent. (O maginam, o mirificam,  
 o memorabile uim numinis) cupide quo-  
 que fecerunt capite, ut cauerent, nos inquā  
 ea doctrina ueritatis à pueris omneis per æ-  
 tates imbuti, quo prætextu eximi tantæ no-  
 xxæ poterimus diræ detestandæ q; ignoran-  
 tie: Etenim per ipsum Dei filium, per ipsam  
 Dei sapientiam, quid aliud nobis oracula sa-  
 pientie, tum prisca, tum recentia, tum si-  
 gurata,

D 3

DE CONTEMP. RERVM

gurata, tum simplicia inculcant, quām sacer  
li, uoluptatis, cupiditatis, captiones, frau-  
des, imposturas, blanditias, circumscriptio-  
nes & illicia, ut uitemus, ut caueamus, ut  
prouideamus, ut auersemur: In tanta au-  
tem turba pestium, qua uita circumfessa est,  
nihil perniciosius esse animaduerti cauillis,  
commentis, & sophis inatis cōmuniis pru-  
dentiae, quæ tanquam iuris humani pru-  
dens, & uitæ commodorum cōsultissima,  
audet ipsa sibi de omnibus ad hominē per-  
tinentibus responsitare, eāq; fidenter statu-  
ere, quæ pugnant cum ueritate, quæ qd per  
diametrum opposita sunt doctrinæ sacro-  
sanctæ. Quo in errore atq; piaculo licenter  
peruagante in nostro quoq; orbe cœloque  
illustrato doctrina ueraci & germana, quis  
non uidet conniuere & dormitare planè,  
quasi que assentiri publicarum excubiarum  
summam, ut fidem Academicam magis,  
quām ratam & Apostolicam agnoscere e-  
os putet, qui caput ac decus pieratis esse de-  
berent: Quo evenit, ut reptilis ille perdu-  
ellis animorum intericio, disseminandis  
alijs atque alijs erroribus & uitijs, quasi ue-  
nenis per orbem spargendis, pro arbitrio  
suo grassetur, quibus infectus ac perimbu-  
tus is sensus, qui communis dicitur, synces-  
rum

rum Dei cultum iustumq; religionem exus  
it. Cum tamen legis diuinæ capite primo  
sancitum sit, hęc totam sibi animam, totam  
spirituum sedem, & uitæ deniq; totam offi-  
cinam poscere, cum omni animi, mentis,  
intellectus intentione. Conferamus nunc  
pedem cum ueritate, & uideamus an fieri  
possit, ut qui Fortunæ numen aliquod esse  
putant, idq; propitium sibi esse maximo-  
pere cupiunt, non aliquam Forti fortunæ  
aram in fano cordis sui erigant & conse-  
cent. Atqui huiuscmodi sensu affecti sunt,  
qui in rationibus uitæ accepta & expensa  
sub nomine Fortunæ censent esse referen-  
da, & (ut Pliniū uerbis utat) qui utrāmq;  
paginam rationum humanarum putant  
eam facere, & hæc est pars hominum ma-  
xima, qui quidem aliquo sinit numero atq;  
honore. Perge porro si liber, & æstima per  
pense quām diuersa nunc uita sit à uerita-  
tis ac pietatis uia. Nimirum stuporem hunc  
esse dirum fatebete hominum, non anim-  
aduentantium quantopere & mores, & ri-  
tus à prisca sanctitate degenerarint, aut cum  
id satis ipsum per se in oculos non intentos  
incurrat, in summa incuria dissolutōq; ne-  
glectu spem ueniae retinentium, imo ue-  
to (quod amentiæ instar est) lūsq; dēq; fo-

D 4 rexi

DE CONTEMP. RERUM

re existimantium utro modo defungamur  
hac uita. Quū nero sapientia ueluti sponsa  
sit animi, morosa quidē ipsa atq; fastidiosa,  
nisi animū humanū sese dare sibi bona fide  
senserit, totām̄q; in sinū suum amplexūm̄q;  
effundere, nec brachia ipsa sua pandit uicis-  
sim ad animū retinendum, fouendum, tu-  
endūm̄q;, nec (ut ita dicam) suauandam se  
indulget, oris que sui fragrantiam inspirat.  
Quid igitur cum æmulā admissam, sibi q;  
ob oculos adductam, tanquam pellicem ui-  
det Fortunæ reuerentiam? quid inquā eam  
cōsulere tum putamus, & statuere de spoliis  
salibus, quæ lustrali lauacro contracta sunt?  
Nōnne inde euenit, ut cū sponsa ipsa, spons-  
so nuncium remiserit, animus ipse quoq; fi-  
dei coniugalis oblitus, & abstracte uolupta-  
tis ecstaticæ q; immemor, suas ipsam sibi de-  
licias habere sinat ingratus, & ad fortuita  
consectanda diuersum sese conferat? Hunc  
humanæ mentis errorem, qui dicendo ex-  
primere posse confidat, is erit ea fiducia, ut  
Echo quoq; pingendam suscipere sustineat,  
oculisq; hominum repræsentare. O sto-  
lam sapientiæ substrictam undiq; & contra-  
stam, lacinijsq; carentem, quibus reprehendi  
scipere. sari possit, cum sese auerterit. O lenē & præ-  
dulcem eius dexteram, sed perinde quoq;  
lubri-

Echo pin-  
gindā su-  
scipere.

fubicam. Id adeo sic cognosces, si rem ani-  
maduerteris quotidianam. Quotus est enī  
quisq; hominū quidem non profligatissi-  
mōr; quin statim atq; redit ad se, sc̄culiq;  
uaniloquas sponsiones aestimauit, fortunæ  
ludos spectauit, dæmonarchę uasfritias, ca-  
ptiones, decipulas, aucupia animaduertit  
& perpendit (quæ tametsi astute & solerter  
conciuata sunt, ob oculos tamen ipsa sta-  
tim incursant mentis paulo intentioris.)  
Quotus inquam quin lachrymis præletis  
tia agnitus ueritatis obortis, primum respice  
re se, deinde sapientiam sulpicere & admis-  
tari incipiat, eiusq; amore obseruantiaq;  
amplecti, simul pauore perfundi ac stupore  
ob preteritam hebetudinem? Verum ò mi-  
sera fors hominum, haec ipsa sapientiæ atq;  
stultitie, erroris ac ueritatis spectra, uerèq; re-  
rum effigies, illico ex oculis animi se prori-  
piunt, nisi sedulo cōtueri obstinaueris. Tū  
decedente uisenda illa specie, simulachra  
succedunt fœlicitatis & diuitiarū, coruscantia  
quidem illa & splendida, sed inania, sed  
mendosa, sed oculis fucum capitalem facti  
tantia, & quibus tamen acies mentiū præ-  
stringuntur. Quo sit, ut clarius & perspicacius  
in mudi caligine, quam in monumen-  
tis illis sacrosanctis uideamus, quæ duo lus-

D 5 mina

DE CONTEMP. RERVM

mina uitæ dirigendæ habemus, ad summi boni inuestigationem clare præludentia. Nam maiore quodam nunc fato, diuinacq; exuberante benignitate faceſſerent illæ nebulæ, quæ cœli nobis admunt liberū constitutum, nemo iam utiq; effet etiam hoc ferre oī ſeculo, qui non aduentitiam iſtam fecilitatem contendereſt effe meram calamitatem, fortunamq; infortuniū, nemo quin cunctas fortis fortunæ copias, ſuppeditionemq; illam circumfluentem, non tam effe diatricū dicetet & instrumentum adipiſcendæ iſta ſupra ueræ gloriæ atq; immortalitatis, quam effe materiam inerem, euiaſcribus terræ erutam, atq; adeo ex officinis Horci ( qui à diuitijs ipſe utraq; lingua noſmen habet ominosum & infaustum ) ad illigandos utique & illaqueandos animos comparatam, quā ipſe capturam ſeimper inhiat, quo deorsum ſcilicet quā ſursum magis uergat aspectus intētiōq; humana, contra quam natura conſtitutum eſt. Huius ſi quidem materiae amore mentes humanae capte atq; perditæ, protinus hauiſto errore ab ineunte etatula, utpote tradito deinceps per manus posteris à maioribus, ſaſtigium ſuum à natura ſublatum & erectū, in ordine eo uſq; redegerūt animantiū, ut humani mores

## FORTVITARVM LIB. II. 30

mores infra generositatem quoque brutorum  
quorundam se submiserint, tanta est tamquam dira  
affectuum impotentia. Quippe feret quam  
uis feroces, lustris contentem suis, generis sui  
feris lustra non inuident in vicinia, societate  
etiam gaudent per aeremque inuicemque se stipant. At  
nunc sic sunt mores, utque cuique fortunatissimi  
mo esse contigit et copiosissimo, tam magis  
atque magis fines cupiditatis proferat, solitu-  
dinem circa se faciat, ne uestigiale quidem  
solum in vicino cuiquam esse patiatur. Verum  
est, ita fert natura iam hominum deprauata,  
ita poscit rei facienda augendaque ratio,  
sic est eorum conditio qui patrimonia ista  
ampla architectantur, ut quo latius quisque  
aream penati suorum metatus sit, quoque  
altius eos extruere coepit, eodem maiora semi-  
per amplioraque subeant, & praefuturorum  
instantiisque meditatione presentia sordeant,  
hoc enim perpetuum est. Danda his uenia  
fortasse, quando tam primum est erratum,  
tamquam natura iam degener proclivis in id  
uitium, nec ullum extat exemplum post auto-  
rum proauorumque memoriam istorum cuius-  
quam, qui conditores gentilitatu esse medi-  
tantur, aut patrimoniorum cum dilatores,  
qui sibi querendi modum finemque statuer-  
unt, Sit hoc sane quoque modo dignum uenia.

At etiam

DE CONTEMP. RERUM

At etiam (ò superi boni) palmare id ipsum  
esse cœpit in uita ciuili, nedum deprecabile  
inter eos populos qui unū Deum colūt, &  
filiū eius Christum, benignæ charitatis au-  
torem, erogationis suaſorem opū redun-  
dantium, beatos istos & affluentes à fami-  
lia abdicantem, certe quidem aditam cœle-  
stis domicilijs aut nullum fore, aut perardu-  
m testificantem hominibus adeo suffar-  
cinatis, sarcinis scilicet obrutis censuū opus  
lentorum. Atqui nulli iam frugi ferè homi-  
nes existimantur, nisi qui cespitem alium  
atq; aliū agri finitimi agro suo solerter affo-  
diunt castellis quæstorij, sesquipedibus ui-  
ciorum in dies ambitum ædium suarum  
laxius proferentes. Sane uero homines  
Christianæ comitate prædicti, ac pie officio  
si, qui pro eo ut benigne passim egentibus  
faciant, uicinos, notos, amicos, & nonnūc  
cognatos ac gentiles ad auctionē coactos,  
à finibus suis sumimouent quā longissime  
queunt, quid aliud quām auctoritate ipsi ac  
fiducia legum circumscriptiones facitan-  
tes. Evidem esti ciuilis societatis interest  
rerum persecutiones non denegari, ne istis  
quidem qui prædiorum insanias congeries  
coagmentant malignis quidem commer-  
cij ac rapacibus, sed ciuiliter conceptis, nō  
tamen

ERVM  
te idipsum  
reprobabile  
n colit, &  
ritur aq  
u redim  
tes a fami  
com cele  
repetada  
les lufas  
alib opus  
erchomi  
m alium  
terraffo  
dibus ui  
suam  
omines  
e officio  
genibus  
nonm  
cordos,  
giffime  
respiac  
aduan  
inereb  
ne istis  
ngenes  
ommer  
pis, nō  
camen

FORTVITARVM LIB. II.

33

tamen arbitror, si ad disquisitionem ipsi hominum pieratis prudentium uocarentur, vincere etiam posse huiuscmodi contrarium actiones in bonum & equum charitate pia suffusum unquam cōceptas esse, quo iure haud dubie apud Deum disceptabitur, si elogis Dei diuorum credimus. At uentum est (nisi fallor) ad summum impudentię, cum subsidium cause à summo iure magis quam ab equo bono petitur. Certe nec aurea sēcula, nec argentea eiusdem di instituta tulere, excedentēq; è terris iustitia, & in coelum remigrante, tum demum iura ciuilia illa auaritię auctiūa capturāq; istas pepererunt, speciosos scilicet & amicos pretextus iniuitatis. Hęc enim recte testimanti uideatur spoliandi alterutrum licentia, ac legitima magis quam iusta frugalitas, obrepisse conuentibus hominū, qui societatem ipsi contirient mortalium inter se. Ita quae instituta maiores nostri ingenio prestantes, quasi quasdam ciuitatum compages posteris reliquerant, eorum institutorum traducibus sensim degenerantibus, eō res tandem decidit, ut ex iure & legibus tum prophanis tum sacris & pontificis, uberem iniuriarum legitimarum messem auaritia sibi commenta sit aut nacta, adeo quicquid

Iura ciuilia  
lia taxantur

DE CONTEMP. RERVM

quicquid fælicib⁹ auspicijs cœptū est, id ut  
in deterius uergat natura serè comparatū  
uidemus. Nā uita nostra eō humanior est,  
quo lōgius ac diuersius à brutarū animan-  
tium aut hominū immanium uita recedit,  
& quo accedit proprius ad equi boni cultū  
atq; reuerentiā, quod ueluti glutinum estet  
coagmentatio humanę charitatis. Ecquæ  
aut̄ charitatis unciola enasci potest ex hisce  
despoliabulis hominum, nisi auaritia lege  
cohibeatur? His ex moribus olim Licinia  
lex Romæ nata, ad frenādam illam immo-  
dicam & solerterem quæsitorū cupiditatēm,  
indidem tabulæ nouæ ortæ, & Sisachthia  
Solonis iuris ciuilis conditoris, ut leges nūc  
omittam, pertinentes ad æquationem bo-  
norum. Hæc enim ueluti uenenorum ue-  
nena reperta sunt, ut apud Hebreos annus  
remissionis. Quin uicissitudinem quoq; re-  
ciprocitat⁹ rerum ortus interitusq; natura  
constituit, quo magis mortales intellige-  
rent nihil esse tantopere in rebus interitu-  
ris admirandum & expetendum. Id cum  
in inuentis hominum usquequaq; manife-  
stum est, tum uero quibusdam in rebus mi-  
re accidit. Id quod si in uno docuero, ad  
omnia pertinebit. Ex malis moribus le-  
ges bonas oras esse autumant, & uerum  
est. Ecce

RVM  
tū est, id ut  
omparatū  
panior est,  
i animatis  
ta tecedit,  
oni cultū  
um effec  
s. Ecque  
st exhibe  
anitaria lega  
n Licinia  
m immo  
diatatem,  
fachchia  
gesnic  
em po  
rum ue  
os annus  
quoque  
g natura  
odilige  
invenia  
Id cum  
hanifes  
bus mi  
ero, ad  
ribus les  
xerum  
et. Ecce

FORTVITARVM LIB. II. 32

est. Ecce tibi rursus mores pessimos opti-  
mis ex legibus, ut iam sit in confessio (quod  
pace dictum uelim ordinis ius reddentis,  
cuius ea culpa non est) iudicia foras, quæ  
iustitiae sunt officinæ, esse tanquam Apo-  
dyceria hominum bonæ fidei magis quam  
iuris prudentium. O mores, nonne, ut nunc  
uiuitur, auctore (ut ita dicam) prætore & ue-  
lut arbitro Deo iudiciorum præside, bo-  
nam & æquum subinde monumentis fa-  
cias commendante, formulari aut cupio &  
coëmundi licentia alienatum rerum inter-  
versiones fiunt: non in unam alteraque  
domum quasi in arces quasdam prædo-  
num legitimorum, unius propemodum  
urbis agros, pignora, prædiæque sœpe nide-  
mus auerti? Certe ut si hoc legitimum &  
ciuile (id enim non inficior) nec iustum ta-  
men nec æquum est, aut si esse defendis, ce-  
do quemuis arbitrum eorum iuris inter-  
pretum, quos inter diuos colimus. Hi mo-  
res, hæc instituta cum à iure gentium ori-  
unda sint, ius ipsum gentium & naturale  
uidentur perimere si exacte consideren-  
tur. Quam multa tandem uoraces illæ  
fauces auaritiae, iuri naturali exemere &  
comertio populi, quæ promiscui usus esse  
deberent, quæ multa, quæ uaria eadē auari-  
cia rerum

## DE CONTEMP. RERVM

cia rerum pene naturę abstulit: Romanorum inexplibilis cupidio imperitandi, cum trium orbis summarū partium ornamen-  
tum decūsq; corrasisset, in patriam auerrit laureatas prædas, & triumphatas condidit.  
At his rapinis quid aliud quām inundatio-  
nis, incendiij, direptionis, ruinæ deniq; suæ  
materiā cōgesit & aceruauit? Quid enim  
illis opibus inusitatis publicis ac priuatis fa-  
ctum sit, quid sanorum donarijs, quid ba-  
silicarum ornamentijs, theatrorum insigni-  
mētis, nullus historicorum ita prodidit, ut  
comparere usquam possint hodie. Finge  
proteruam illam pignorum suorū dispen-  
satrixem fortunam, argumentosas rationū  
tabulas olim relaturam ad ratiocinia pro-  
uidentię, prouinciatim ipsas distinctas, ac p  
singulas ætates, quotam tandem eam ex-  
pensorum partem prouidentię approbatu-  
ram putabimus: quotam uirtuti, probita-  
ti, doctrinæ, æquitati tulisse antea expen-  
sam, nunc quoq; laturam esse, quotam de-  
niq; ex usu uitę, e dignitate hominum, aut  
proportione meritorum: Age porro fac ut  
etiam rationem quandam maleficiorum  
prolatura sit, & perperam improbęq; abla-  
torum. Vt robi igitur inuentū iri putas ma-  
iorem luculentiorēm q; improbitatem, pe-  
culantiam,

Romanos  
andi, cum  
omamen  
m avertit  
condidit,  
undatio  
lenigsuæ  
vid enim  
pronaiss  
quid ba  
in insigne  
didiit, ut  
Finge  
i dispens  
stationu  
nia pro  
ctas, ac p  
n eam ex  
pprobata  
probata  
a expens  
iam de  
um, aut  
o fac ut  
cionum  
eq abla  
utrasma  
arem, pe  
ulantiam

tulantiā, indignitatē cōfoelicia ne hic  
nomina, at illic foelicia esse censebis: V<sup>a</sup>  
trum illis ex tabulis illustrata plura nomina  
in bonā partem, quām ex his compertum  
iri dices: Num denique instituta praeclara, &  
uitae adiumenta adminiculāque plura, à for  
tunae beneficiarijs prodita, quām ab ijs esse  
defendes, quoque illa cōmodis consultū nun  
quā bene uoluit: Nisi uero philosophiam  
naturae aestimaticem, numerorū, proportio  
num, magnitudinū, dimensionum iudi  
cem, qbus rebus artes mechanicæ, omnēque  
degendae uitae instrumentū continet, de  
nique differendi magistrā, congrui, iusti, ueri  
indagatricem & normā, sine quibus huma  
nitas in homine non esset, fortunā alum  
nam esse contendes, eique natalem suū debe  
te. Evidem contenderim pœnitendā plu  
ribus olim pudendāque prosperam, quām  
aduersam & infestam fortunā fuisse, ac plæ  
tunque peius de ijs meritam, quos maximis  
atque exuberantibus copijs augendos esse sta  
tuit, quām quibus uehementer incōmoda  
re instituit ac perficit. Mitto quod nulla eius  
dece beneficia rata sunt & propria, quando  
in utrāque partem numen eius anceps esse  
solet, identidēm que uersatile, nisi quod inter  
dum maioribus ipa fatis impulsa, sic aleam

E suam

DE CONTEMP. RERVM

suam moderatur, ut casus non euarent in summā eius rei, quam efficere laborat, uo-  
tis etiam quamlibet improbis ampliores  
sint, omnemq; hominū in solentium impu-  
dentiam, arrogantiāq; superent. Inde illa  
historiarū argumenta stupendis rerum in-  
clinationibus, conuersationib; intexta, ua-  
rias euentorum species complexis secumq;  
rapiētibus. Peripetias Græci appellant à for-  
tuitis casibus. Quibus in rebus legendis &  
recordandis accidit, non modo mira uarie-  
tate oblectare animū, sed etiam fortunæ ad  
mirari commenta & soleritatem, quæ leuissi-  
mis interdum momentis summa rerum  
molitur huc & illuc, minutisq; cardinibus  
occasione circumagit & uersat scenam ( ut  
ita dicam ) mundi, quasi pro arbitratu teme-  
ritatis. Quoq; magis miteris, non serio hęc,  
non certo, non destinato, sed uelut fortui-  
to casitante alea ludibundāq; transigit, usq;  
adeo sui semper similis est improba, etiam  
quum fatis mundi uacat. Ecce tibi ex mul-  
tis ac multorum instar luculentum unum  
exemplum. Nonne summa rerum mun-  
dīq; imperium aliquātisper stetit super acie  
nouaculæ ( ut est in prouerbio Græcorum )  
anceps & ambigua in unius hominis prin-  
cipatū, atq; in populi Romani, antequam  
imperi

περιπέτεια  
τελο.

imperium summū Augustus in se uno stabiliuit: At in eam rerum nouationem (super immortales) quoꝝ, quātōs, quām multifarios ludos fortuna sibi hominibꝫq; edidit, cum pro amplissimo quodam theatro, ludorumq; instrumēto exuberāte, imperij fines copiasq; haberet latissime patētis: Ac ne gratuitam illam rerū tantarum inclinatiōnem ederet aut incruenta, nobile par primum Cæsarem & Pompeiū duos alumnos suos, Senatūrq; ipsum & imperiū cōmisit, deindē Octauium & Antoniū cum Bruto & Cassio tyrannicidis. Tum ut uarie tate maiore spectacula distingueret, scelera proscriptionis, ac Triumviratus protervissimi nefas interposuit. Mitto Marianas Sylla nāsq; partes, mitto sanguinariam illam ac congruam nefarij certaminis prolusionē. Ecce autem cum peractos ludos esse credentes, instauraticū spectaculum inauditūmq; adiectū, Octauij & Antonij partes diremptræ, atque inter se collisæ, tum indignatatis corollarium Cleopatræ accessio, Aegyptiæq; scenæ apparatus inusitatus atq; incredibilis. Hoc ultimum fortuna cum hilare, festum, bacchanale, comicum, &c (ut ipse aiebat Antonius) inimitabile primum edidisset, ad extremum uelut uersatili scena, calmitate,

E 2. mitate,

FOL  
DE CONTEMP. RERVM

mitate, luctu, comploratione, exitu tragicō,  
uecordi que catastrophe clusit. Ita sub alma  
sua altrice ornaticēq; Fortuna ueluti sub la-  
nista, beatissimi illi viri & fortunatissimi,  
quū diu ac multum uarijs orchestrā, ordi-  
num, cuneorum studijs casibūsq; ambiguis  
depugnauissent, omnes ad unum, præter  
Octauium extremo casu in ruinam præcipi-  
tem acti sunt. En tibi Fortunæ fidem, en al-  
mē nutritis indulgentiā, & quisquam men-  
tis cōpos, humanarūmq; rerū prudens, au-  
det rebus secundis plaudere aut gratulariz.  
Verū enim hæc & huiuscemodi, quæ gran-  
dia fata, maiorāq; dicuntur, ita in Fortunæ  
temeritate & in cœlestibus Apotelesmatis si-  
ta esse censeo, ut tamē in ipsis moderamen  
summum, aleæ q; precipitis habenas teneat  
proudétia, cuius placitis ac decretis omnia  
ab ipsa creata, ut subseruant, necesse est.  
Quid igitur (inquis) hos rerum euentus  
uarietatesq; hæsisse in genituris Cæsaris &  
Pompeij, omniūmq; iupradictorum cen-  
ses: Ego uero uel in eorum genituris illam  
terum nouationem extitisse, uel in ortu Im-  
perij Romani, & tanquam in natalitio sy-  
dere genij urbis Romæ, sed ita, ut fata quæ  
in thematibus nascentium impressa sunt,  
uel imagines sint & simulacra, uel note, uel  
uesti

uestigia earū rerum, quas Deus mundi opifex iam inde à principio statuit & destinavit, ut sint sydera, tanquam tabule quedam indices consultorum prouidentiæ. Hic si rogate pergas, quid de Genethliacis auctori-  
 bus & Apotelesmaticis sentiā, negabo quē corū iudi-  
 quā esse, opinione mea, qui humano suōq; cia pro-  
 ingenio harū rerum significationes depre- sternuntur.  
 hendere exacte possit, posteri s̄q; inde theo-  
 remata tradere scientifica. Nec uero cœli uer-  
 tiginem, ex eāq; multiplices stellarum uaga-  
 rum posituras existentes & emergentes, ne  
 cessitatē effectuū ( quā Apotelesmata uo-  
 cantur ) secum ferre atq; agere, tam libens  
 concesserim, quām esse euentus indices in  
 placitis prouidentiæ positi. At uero impe-  
 tus quoſdam & igniculos in moribus hu-  
 manis atq; aptitudines inde cieri, rursusque  
 motus aegros, inertias, torpores, remorāq;  
 innasci, unde uel prona fiunt hominum in-  
 genia ad actiones capessendas, absoluen-  
 dāq; uel ab ijsdem abhorrentia, haud ab-  
 sonum esse à ratione censeo, cum alioqui  
 satis sint explorati planetarū effectus in cor-  
 pora animantiū. Vtrum autē fixa euentus  
 necessitas ex placitis præscitiisq; prouiden-  
 tiæ existens, uim afferat, nec ne consilio ar-  
 bitrioq; humano, eorum est differere ac sta-

E 3 tuere,

ἀποτε-  
 λέσματα

VM  
 tragicō,  
 alma  
 sub la-  
 nissimi,  
 ordi-  
 abignis  
 plater  
 præcipi-  
 n, enal-  
 um men-  
 ens, au-  
 aularie  
 e gran-  
 oronze  
 mais si  
 eramen-  
 as tenet  
 s omnia  
 celle eff-  
 evenus  
 xafas &  
 im cen-  
 is illam  
 orulm  
 ilio sy-  
 ata que  
 ffa sunt  
 nore, u  
 v

## DE CONTEMP. RERVM

tuere, qui de ratiōe diuinæ potestatis dispo  
tant futura præscientis, præscitaq destinā  
tis nūllo intertrimento liberi arbitrij. Hac  
enim & alia humano captu maiora, mīni  
non magnopere quidētur inquirendā, cum  
certum sit intellectus humani ad actus per-  
multos prouidentiæ percipiendos perhe-  
betem esse aciem ac caligantem. Nec id mi-  
rum, cum etiam ad cognitionem rerum na-  
turalium, ingenium nostrum in multis ce-  
dat naturæ uarietati. Abundēq esse censeo  
si mens humana sese noscitans, non ultra  
crepidam (ut aiunt) uniuersitatis iudicet,  
duntaxat cum fiducia, sed de coelestibus ue-  
recunde philosophemur ipsi & cate, ne si a-  
nimus (ut est naturæ uolucris) sublimem  
se sese rapi sensim sinat, in cœlumque subuehi  
insolenti contéplatione & erratica, longius  
ac latius mox expatietur toto cœlo pererrâ-  
do, ut est in proverbio. Sic enim fiunt aniz-  
mi ueluti errores & expatiatores, cum se  
aute blandienti rapiendos permittunt, &  
ferendos, uanitati utique ipsi professionum  
affensum accommodantes, & quibusdam  
simulacris ueritatis seducti atque perfecti.  
Quod uidens fortasse Socrates inter pri-  
mos sapientum cōmendatus, Philosophi-  
am è cœlo in tertam deuocasse dicitur ad  
confi

constituendos mores hominum publicè & priuatim. Mihi uero castum uarietatem aestimanti uidetur genius quidam stygius deterrimi ordinis, tartarei principis emissarius, euéetus aleæ moderati ratione quadam stolida ac turbida, quæ non nisi notha quædam notioē sputiæq; animo concipi possit & intelligi. Quod perinde est ipsum, atq; si tesseræ casus sua quadam ratione ferri dixerim atq; agi, cum nec statas ipsi nec certas uices habeant. Siquidem illic experientia docemur, in re quoquo uersus anticipiti, esse tam aliquid uicissitudinis reciprocationem fermè constitutam habentis, uicissimq; se ré colludentis aleatores exhaustos uideas & copiosos. Quid ita: nimirum desultorio numine Fortunæ nunc in hunc nunc in illum uicissim decubente. Et uim esse quandam occultam casstantis aleæ impultricem oportet, aut cohibiticem, quæ casus suapte natura incertissimos à rationeq; alienos, ratione quadam irrationali moderetur & regat. Hunc ipsum genium rerum fortuitarū euenta ratione penè eadem moderantem (quatenus quidem per prouidentiæ patientiam licet) ignorantiae humanae obrepisse quondam existimo, ac sub Fortis fortunæ nomine in deorū sese nume

E 4 rum ho

DE CONTEMP. RERVM

rum honorémq; adoptasse. Qui cū se præsidem potentiémq; earū rerum fecisset, quæ vulgi opinione pertinere maxime uidebantur ad beatē uiuendum, opinionem diuinatatis actutū tam pertinacem collegit, ut deorum simulacris ac delubris euersis, eorūmq; cultu ex hominū mente absterso, nūc tamē numinis penē uice habeatur à multis, arrogētq; sibi opinionem auctoritatēmq; prouidentiæ. Ac cū multi quidē sint in uita obijces ueritatis perspiciendæ, tum uero huius dæ præstigiæ tantā stuporis caliginem oculos mentis offundunt, ut hominū iudicia plætunq; hallucinentur in arbitrari ope rum, quæ ab eius officinis exeūt, quibus ab ipsis uiderimus sæpe homines antea squalidos, sordidos, egēteis sesquianno ira perpolitos in mediū prodire, ut splēdore & lauacia cultus atq; cōuictus, eorūq; comite auctoritate atq; existimatiōe, elegātissimū quēmq; optimatum superent antiquæ frugalitatis. Nunc si altrinsecus statuas, quæ sinistram in partem ab eadem designantur summa indignitate, ad deletionem usq; ( propè dixerim ) uirtutis, honorūmq; & grauium deiectionem, nihil utique fiet proprius, quām ut uultuose ac subacerbè mirere cōniuentiam prouidentiæ in tanta improbitate, Adraſtiāmq;

amq; illam præuaricationis summussim  
insimules, cuius( ut antiquati placuit ) mu-  
nus est urnam mouendi apud superos, cū  
res ad summū euaserūt idignitatis. Quod  
si uicissim cogites institorem illum repræ-  
sentatę fœlicitatis genium, tyrannum arcis  
stygię, eundem etiam esse æternę diraq; ca-  
lamitatis conciliatorem, ture protinus con-  
tractam illam frontē, tristitiaeq; nubilo ob-  
ductam, subeunte animi æquitate differe-  
naueris, atq; in ueritatis agnitione acquie-  
ueris, errorisq; dignotione, iucunda quidē  
ipſa & spei te bonę implente . Nam quo  
tandem mihi bonorum istam redundantia-  
tiam: nec enim tantum instrumenū no-  
bis opus est, nec cōmodum quidem for-  
tasse ad uitā ex sententia animi nostri agen-  
dā . At multa desyderamus, quis negat, nū  
quis est tandem qui nullo deficiatur omni-  
no: sed utrum animi recte instituti esse cen-  
ses omnia poscere quæ desiderat? Quod si  
ea tantum mihi poscis quæ necessaria sunt  
& magnopere conducentia , uide ne iam  
mensurā impleuerit prouidentia, & quod  
desyderare me cēses, auctariū sit plane iusti-  
census, & eius quod satis est additamentū.  
Sin etiam quæ sunt quoquo modo com-  
moda, uide utius æquiuīnq; postules , qui

E 5 immens

A draſtie  
munus.

DE CONTEMP. RERVM

immensum quid animo cōpleteare, à Christoq; delicias expertas, qui nec sibi pepercit, nec a seclis iuratissimis. Proinde finamus prouidentiam uti suo arbitratu, ne caures eius tantopere fatigemus ob earum rerum desiderium quæ inter bona malaq; ambi-gua sunt. Desinamus queri ob ea nobis uel negata uel ablata, quorum iacturam pro nihilo semper duxerunt animæ illæ beatæ, quas Deus in supplementum legere constituit legionum supernarum. Tametsi quis scit an hæc rerum aduersarum conflatio, pars sit animaduersionum diuinarum, quarum seminicia singulae repræsentate, et uel æquo animo uel certe oblequentulo exceptæ, expungere totidem talenta multæ grauioris possunt ihs qui inter ærarios apud Deum relati sunt. Mihi autem uidetur planus ille reptilis rerum contingentium euentis ita se immiscere, ut solet ex fulminis delaplantis impetu ansam sibi arripere ad perpetranda maleficia, interdum tam ludibunde, ut plausum atq; risum præstigiatur captere videatur, cum interdum ad necem usq; præsentissimâ griffari per libidinij speciem teterrimus genius non dubiter ecclesiastici fani depeculator. Hinc hæsitantia interdum, hinc stupor, hinc labans persuasio,

persuasio , cum m̄es nostra rationem inire  
nequit eatum rerum quas casuum uarietas  
quotidie nobis edit. Verū & ratione & ex-  
perimento cognitum penēq; perspectū has-  
bemus, licentio rem illam peccantiam sub-  
stantiarum profligatissimārūm, ijs locis sae-  
culisq; ualecere maxime , ex quibus inno-  
centia fide subnixa abscessit lōgissime, eius  
enim tēi exempla competi mirifica, idone-  
is documentis testimonijsq; confirmata.  
Quanquam quid nos tandem uerat existi-  
mare quædam fulmine tum feriri corpora  
& necari , cum animorū interest e corpore  
eos migrare , teterrimōq; hosti nihil iuris  
esse in animum , cuius ipse domiciliū per-  
urit? Quid qui intemperij aguntur præ-  
cipites & feruntur , à furijsq; illis stygijs di-  
ueuantur & manjs , nonne manifestam  
causam habent oculisq; subiectam? Qui-  
bus uelut ē locis argumenta ducere nobis  
licet ad suspectanda metuēdāq; hostis tā so-  
lēris q̄ infesti machinamēta, q̄ rōnē huma-  
nā, q̄si arcē ani expugnare puigilibus insidi-  
is disturbabarēq; conat̄, indeq; cōstantis psua-  
sionis de diuinis rebus & æternis pr̄sidiu-  
deducere . Huic quietis hūanæ solicitatori  
acroma nullū iucundius est quā hominis  
queritatio immoda et mētis impos, fren-  
dentis

DE CONTEMP. RERVM

dentis atq; frementis ob fortunæ iniquitatem, nullum spectaculum gratius atq; oble stabilius, quā hominem spectare ita conflantem in impatiencia, ut & rationis frenos commordeat in composite, & Dei res uerētiam exuat. Quippe qui uideat & gaudet conatus suos procedere, & uelut triumphet exultatione ob rationem animo uirili excussam aut extortam. Nihil uero in nidiæ ille conditor ac parens tam homini inuidet, quā summi boni spem adipiscendi facultate sua instructam, diuinæ indulgentiæ adminiculis erectam, quas gratias uocamus, quā sibi scit ita esse præcisam, ut ne ad optandum quidem inducere possit animum perditissimum. Itaq; æstimemus quā deplorata sit sortis ita undiq; circumuentum esse abrupto uerordiæ & desperationis, ut omneis in exitium trahere ac rapere secum quisquam malit, quā cū omnibus seruari. Ex eo deinde expédamus immanitatem hostis, & malevolentiam, tot nocendi artibus succinctam, & ad intensionem generis humani instincta iam inde à primordijs rerum. Statuamus igitur id quod omnino debemus, rationem atq; noxam illam Stygiam, quasi par unū haud inique comparatum ac cōmissum, à Deo prouiden-

prouidentiāq; utriusq; conditricē spectari,  
& audeamus postea conqueri , aut queri=br/>bunde meminisse rerum minus secunda=br/>rum . Proinde quodnam opere preicum ex  
labore sperandum relinquetur , si aduersa=br/>rius me transmiso ad alios imperum suū  
conferat, ut in fraudem tandem incidam præ  
mij non emeritis . At uero summi boni que  
rendi consectandiq; uoluntatem non na=br/>tura atq; ingenium sensuum , sed animus  
ratione adminiculatus nobis conciliare po=br/>test, etiam si igniculus ipsa natura dedit sen=br/>sibus quibus anima inceditur ad salutis in=br/>quisitionem . Nam ijs ip̄sīs igniculis sensus  
utuntur plerumq; absurdē & prepostere .  
Siquidem cum eos uelut stimulus natura  
unicuiq; animanti ingenuisset ad summū  
bonum experendum generis cuiuscq; suū,  
in brutis ipsa tenorem suum non temere  
abrumpit, in genere humano non item ser=br/>uat inoffensum ingenium, sibiq; semper si=br/>milem imperum ad id bonū uestigandū et  
persequendū . Etenim difficilius id fuit ser=br/>uari pertinaciter in hoc animali gemino, id  
est in homine . Qui tamen si ipse communi  
animantinm sorte singularis nascatur , ta=br/>men ætate procedente euadit in geminos ,  
nisi ( quod raro fit ) natura in eo aberra=br/>tit, &

DE CONTEMP. RERVM

fit, & alter est intestinus, alter externus homo, in una eadēq; rōne formalis & substantia. Quo sit ut cum eorū uterq; imperiū sibi uendicet & magistrū in administratio ne uitæ, rara quies ipsa in vita esse possit ac tranquillitas. Nam ille intestinus & abstrusus, ut est ipse placidi pacatiq; ingenij, finibus suis contentus, naturæ quoq; suæ congruenter uiuere cupit, nihilq; exterium in vita maximopere stipulatur, ut qui omnes suas spes in diem fati contulerit, idq; detrimentum acti intentione spectet, ad quod frumentum natum esse se suapte natura sentit ac procreatū, nisi si ei stupor aliunde accidat. Contra hic exterior ingeniū est leuis, stolido, improviso, & ad omnem crepitū aurāmque uel spei uel metuīli cōsterniabili. Quare omnia fermè sua munia incōdite, tumultuose, meticulose, turbide, & rursus gestanter, elate, ferociter, inaniq; cum fiducia obire solet, prout scilicet latus aut tristis casus obtigit, unde pendere se arbitrat. Huius ceteri naturæ non nescius sepleratus ille Horci satelles, humani status euersor atque peruersor, iam inde ab orbe cōdito contendit omni studio atq; uigilantia, ut contra p̄fert natura ac decorum, exterioris hominis sit imperium. Qui cū senatus ipse sui sentitias

tentias exquirit, rationem principem consilij esse non sinit, ipsam etiam saepe non roget sententiam in tumultuarijs et præcipiti bus cōsultis, aut à cupiditate & libidine expressis. Quin & ille idem tū primæ noxæ patrator, tū naturæ labefactator, perrentādi sensuū animorūq; artifex, nō modo stimulos acres cōtumaciæ & peruicaciæ exteriori homini ingerit, q; minus rationi moderati aut adhortanti auscultet & audiēs dicto sit, sed etiam interiorē illū plārunḡ ira demulcet ac circumuenit, et cū hoc exteriori reuocat in gratiā intempestiuam & conciliat, ut de iure ipse suo decedat per ignauia, ac maiestatis lue fasces submittat collegæ procacitati. O facinus indignū humanæ naturæ fastigio, hominem exterritum qui nō alijs placitis ducitur quam iræ, furoris germanæ, ac cupiditatis cæcæ & præcipitis, imperium abrogare homini intus condito, atq; in se de primaria à natura collocato, qui & auspicijs ipse maioribus creatus est, et ad exemplar diuinū mitifice adūbratus: atq; in hominū cōsultis mentē et rationē, que nature coelestis participes sunt, sensuū temeritatis affiniū prerogatiuam sequi? Hæc prima mali labes, hoc primordium malorum, hic fons omnium uitæ calamitatum,

ut ex

DE CONTEMP. RERVM

ut ex historia primordiali nouimus. Nam cum ex ijs quæ dicere orsus sum, liqueat o-  
mnem hominem ueluti Cecropem quen-  
dam esse(hūc enim antiquitas ipsum haud  
temeraria de causa fabulata est bipartita  
corporis cōstitutione fuisse, ita ut supra um-  
bilicum uir, infra fœmina esset) primi utiq  
parentis culpa , qui fœminæ consilio arbit-  
trium suum credidit ac permisit, naturæ hu-  
manæ maiestas admodum imminuta est,  
& uelut oblæsa hominis constitutio , quo  
tempore scilicet ( heu miseram mortalium  
conditionem ) iussus homo faceſſere à di-  
uino conſpectu, mihi uidetur uelut extor-  
tis factus esse à ueritatis & sapientiae contu-  
bernio, indéq; tanquam ex continenti con-  
stantie & rationis, in insulā quandam de-  
porratus, id genus monſtris, porrētis, ac lu-  
dibrijs ſcatētem, quæ à fortuna ipsa agi, fer-  
ri, uersari infa ſupra conſpicimus, ut eſt in  
prouerbio, ac pro ſummi boni pignoribus  
falso duci atq; haberi . In hoc porrò exilio  
animus iusta libertate mulctatus , in manci-  
patum iniquum foedumq; addictus eſt im-  
perioſe illius turbæ atque tumultuoſe, qui  
ſensus appellantur, quibus prefectus unus  
datus eſt natura , quaq; iuridicus, quæ uo-  
cant ſenuum principatum, iudicem ſcilicet  
ipſum

us. Nam  
liqueat  
em quen  
om haud  
bipartita  
supra uni  
am invic  
silio atq  
nature hu  
minuta et  
io, quo  
oralium  
tete ad  
e extor  
e concus  
enti con  
dam de  
eris, aclo  
sa agit  
, uredin  
gnibus  
röexilio  
manci  
sestum  
ose, qui  
us unus  
que uo  
ens scilicet  
ipsum

## FORTVITARVM. LIB. II. 42

Ipsum & arbitratorē eorum operarū, quas  
sensus uitę nauant. Hic ipse autē seti hallucin  
atione propria, seu fallaci sensuū renunciati  
ōne (ut pōrē quorū ipse opera, tanquam  
emissariorū utitur ad explorandas quali  
tates, formas, magnitudines, & pondera  
montientā p̄ rerum) perperam s̄pē ipsiſ de  
tebus pronunciat. Cumq̄ sensorijs utati  
corporis, ut instrumētis, necesse est titiq̄ tie  
cum corpore quoq̄ afficiatur ipse. At tēto  
affectus sensuū principatis qualitatibus ins  
trumento, partem quoq̄ animi multo se  
digniorem fastigijq̄ maioris, hoc est men  
tem & intellectū, familiaritate ac vicinia, ita  
inficit, atq̄ adeo erroris contagione afficit,  
tit litem etiā ipsa suā faciat iſdem de te  
bus perperam iudicando. Hanc partē Græ  
corū doctissimi to hegemonicoti vocant,  
quos Cicero imitatus est, principatuim apel  
lans. Vitiū tēto naturae nostrae oblati statim  
à primordijs retum, cum luculentā fuit ue  
stigia permulta, tum etiā illud, quod tam  
obnoxia conditione uiuimus multiplicati  
s in infinitum æruminis. Nam quid tam si  
mille seruitutis est, quam hominē naturali  
iure stare nesciunt affectibus, tanquā domi  
nis iniquis addictum esse diuina letititia,  
atq̄ ob noxam priscam datum? Duci autē  
E animū,

τὸ ἡγε  
μονικόμη

DE CONTEMP. RERVVM

animū, ut mancipiū ab affectibus, atq; in  
diversa, intēq; se pugnantia distrahi, nūc  
transuersum rapi, nūc præcipitem qua-  
si que collo obtrōto, quid aliud est tandem,  
quām intēperijs, manijs, atque furijs a-  
gi. Quarum rerum aspectus speciem haud  
dissimilem præbet inferorum supplicij, h̄s  
quidem certe, qui ualent mentis perspicaci-  
tate, ut non absurdē antiqui nonnulli, tan-  
quam inferorū descensum esse censuerint,  
animæ ingressum in corpus sic obnoxiiū,  
quāquam ipsi decepti tanta similitudinum  
competentia, quod memorie proditū acce-  
perant de inferis & fama peruulgatū, com-  
menticiū & alioqui uanitatis plenū esse cre-  
derent. Iam uero addictæ mentis, & ueluti  
mancipio datae sensibus, quodnam esse po-  
test uestigiū luculentius, quām quod mens  
ipsa nunquā, nisi excessu rapta sit, ita apud  
sele potest esse, omneisq; suas partes sui iu-  
ris facere & continere in officio, quin hoc il-  
lucq; uagæ ac palabundæ ferantur, ipsa eti-  
am rapiatur erraticis affectibus, ac sibi ui-  
uens (ut aiunt) uidēnisq; auferatur. Certe  
cum sāpe ingemiscens raptū sui ueluti qui-  
ritetur, eam sensibus & affectibus indignè  
ancillantē nullus asserit in libertatem. Ne-  
que enim intentio ita sele abstrudere potest  
in pene

'Animæ in  
gressus in  
corpus  
humana.

in penetralia domiciliij sui, nec ratio cancelis obtulare liberi arbitrij, quadamq; ( ut ita dicā ) cingere indagine obsfirmatae contentionis, ut non per aliquam rimam irrepant commentanti aliae atq; aliæ species notionū, quæ negotia multa exhibeant tranquillitati. Id adeo interdum, ut mens ipsa, uelut immemor sui, commentationis que obliterata, cui incumbere obstinauerat, refraetis intentionis clatrīs enoleret in vastū quendam immensumque campum, euratum immaniū plenum cogitationūque euanidarum, quibuscum fortasse antea nimium consueuit. Id quod uitare cupientes sanctæ quædam ac puræ mentes mysticis sponsalibus D E O pactæ, ita se se dedere contemplationi solent, sensusque corporeos uinculis quibusdam astringere attentionis & cautionis, ut eos in potestate ferè habeant. Quos, si licentius ipsæ euagari a clusitate expatiando sinerent, nimirū idē eis, quod ungo hominū eueniret, ut curiosis sensibus inspectare arbitrariq; insisterent, quæ nihil ad tem pertinent. Id cum tibi mihiq; non proutum sit, qui in publicum sèpè prodeuntis intuiti multa circùspicimus intentionis auocamenta, secunda fortasse cautione & subsidiaria prospicere nobis poterimus,

F 2. Siearū

DE CONTEMP. RERVM

Si earum notionū, quæ per meatus illos ser-  
fōrios animū subire solent, ut quæq; recor-  
datione maxime digna erit, ita eius infor-  
mationem quām primū intus imprimen-  
dam, incidendāmq; curabimus, ne si per  
mentis tantū superficiem ductæ sint & le-  
uiter illitæ, inanum incōmodarūmq; ima-  
ginū turba assidue irrumpe, elui tandem  
possint & interlini. Id autem, ut aſſequa-  
mūr nī cupidē, accuratē, anxiē fecerimus,  
nimītum (ut est humanæ mentis status na-  
tura constitutus) fieri uix potest, quin re-  
rum ſeculariū ludibriae imagines, men-  
tis intentionem, quæ rerum coeleſtium ſalut-  
riumq; cōmentationi uacare debet, & tan-  
quam feriari, ludificatione primum circu-  
latoria auocent atque distineant, tantisper  
duo obrepat obliuio institutæ animaduer-  
ſionis, tum ſubindē oblitam mentem ad  
ſeſe demirandas perlificant & conſectandas  
uſq; in perniciem. Id quod cognitu cuius  
promptū eſt, qui paulo attentius animad-  
uertendū duxerit. Nam quid cauſa eſſe di-  
cas, cur cōmunis ſensu in uniuersum, com-  
munisq; adeo prudentia, fœlicitatem perse-  
quens, ac circa ſummi boni inquisitionē ſat-  
agens, non modo actuofē, impigre, & accu-  
ratē, ſed etiam tumultuarie, anxiē, anhela-  
bundē,

bundē, nusquā affequi potest, quod nullo  
non loco uel tēpore consecrandū suscepit: **Cum** interim miseri ac mente capti morra  
les irriti laboris sensu adduci nequeant erro  
rem, ut agnoscant, quoad corpore iam fati  
scente animus emicare foras cogitur, è coit  
ceptaculōq; suo profilire infraicto iam tot æ  
rūnis & exhausto. Supersedeamus hic pau  
lis per disputatione instituta, & æstimemus  
taciti, qui sit sensus animi cassum iam uitæ  
domiciliū derelinquentis, eum ne comi  
tentur illa studia rerum fluxarum, quæ to  
tam eius uitam sibi uendicauere, an exuui  
is excussis corporeis aduenticijsq;, nudus,  
inops, destitutus, solitarius, eō migret, ubi  
earum rerum nullus est usus, quibus ipse  
rebus cumulandis felicitatis diuersorum  
architectari sedemens existimabat. Proh Di  
ui imortales, esset ne hæc hominū pruden  
tia, insania manifesta unicuiq; nostrum, si  
non ipsi educati in erroris incunabulis, per  
æratum gradus proficeremus, & progrede  
remur in errores deinceps alios atq; alios:  
At hocuitæ institutū non modo ciuili ius  
te, sed etiam gentium stabilitum est & au  
stum. En humanae prudētiæ columen atq;  
decus, quam stulticiā meram elogia sacro  
sancta merito esse testantur, quibus ab ipsis

F 3 ueram

DE CONTEMP. RERVM

ueram proditam esse sapientiam mortali-  
bus, in confessu est. Proinde (ut dicere coe-  
peram) huiuscemodi naturae fortis na-  
tum hominem, ac suopè ingenio miser-  
um, ad æruginosam etià uitam atq; cala-  
mitosam perfectat disciplina sæculi, lacte  
prayarum opinionū à puerō statim nutrita-  
cans, & subinde per ætatem aliam atq; aliam  
imbuevis erroribus ætati cuiq; consentanea-  
is. Aduersus quē errorem Philosophia exis-  
tens, genus humanū vindicare ab hac ui-  
uendi conditione contendit stulticiae sensi-  
būsq; mācipata, animūmq; sibi natalibūsq;  
restituere. Quæ cum ipsa promittere maio-  
ra institisset, quām pro captu mortalitatis,  
ad uaniloquentiā tandem evasit, duntaxat  
in ea parte, quæ ad mores humanos consti-  
tuendos se erexerat, ad honorūmq; fines &  
malorū inuestigādos. Sic enim necesse fuit  
ijs accidere philosophis, qui ueritatē & sapi-  
entiā (quæ in ultimo ab orbe terrarū loco  
domiciliū habent) è latebris naturæ citerio-  
ris eruuisse se insolenter, magnōq; cum fastu  
ferebant. Caput uero malorum ab illo uer-  
sipelli instinctore ortum est primæ noxiæ  
suasore, qui inexpiable odiū iam inde ab  
ævo condito generi humano indixit, quod  
ob id creatū uidebat, ut in caducam uacan-  
tēmq;

tēmō possessionem supernarū sedium mir-  
teretur, ex qua delectus erat. Fraudū enim ca-  
pitali fuit homini, ad posteros etiā in omne  
æcum proditæ, quod illo sua ore superio-  
rem ipse sui patrem inferiori submisseret.  
**C**aeterū mundi Deus opifex, mundiq; indi-  
genarū, cum tantū dispendium sarcire uel-  
let naturæ imminutæ, ignominiæq; exime-  
re amplissimū ordinē animaliū, ob incuna-  
bula sua conspurcata, dēdecoratāq; primor-  
dia uitæ contractæ, filiū suum unicū in ean-  
dem secū æternitatē, essentiā, potentia, mai-  
estate cooptatū (o rem mirandā, memora-  
bilē, ac prædicandā) hominē fieri iussit, eāq;  
de cauſa superne delapsum generis huani  
uadem esse uoluit, capitalisq; supplicij uicti-  
mam piacularē. Ita humanæ naturæ decus  
naturā ipsam humanā imminutā & oblī-  
sam in integrum restituit, quod quidem ad  
spem pertinet, ac facultatem summi boni  
adipiscendi. Vix item ad ueritatē, germanāq;  
felicitatē ferentis non modo præ-  
monstrator, sed etiam dux fuit ac præitor.  
**H**ec uia cum dubio procul aspera sit & an-  
guusta, ut nonnullis placet, etiam tetrica &  
ardua, parum mihi hodie trita uidetur, pro-  
culatāq; uestigij hominū fortunatorum,  
qui numerosos secum clientū rapiunt, ues-

F 4 xantq;

D CONTE EMP. RERVM

XANTQ<sup>3</sup> COMITATUS. IN EADE (NISI FALLOR) IPSAM  
NEC VIA FERT REGIA, NEC MILITARIS, NEC QUĀ UELHI  
CULARĒ CURULÉM<sup>3</sup> APPELLANT. NAM UT EA IRE,  
AMBULARÉQ<sup>3</sup>, IUS EST UNICUIQ<sup>3</sup> SACRORU NON EX  
ORTI, ITA UIX EST, UT IN IPSA PENSIILI MOLLIQ<sup>3</sup> UES-  
TEMUR GESTATORIO, AUT ACTU HABEAMUS FOR-  
TUNARU REDUNDANTIŪ, CUM TOT IMPEDIMENTI-  
TIS, & MAGNA ISTA LAXITATEM POSCUNT, MAIO-  
REM<sup>3</sup>, QUAM FACILE ADMITTAT SEMITA INNO-  
CENTIE, IN QUĀ UERITATIS AC SIMPLICITATIS VIA DE-  
SINIT, QUAM ILLE NOBIS PRÆIUI<sup>3</sup>, CUIUS OMNIS  
ACTIO NOSTRA EST, HAUD DUBIE AD DIVINA INSTI-  
TUTIO. HAEC PLAT CERTE VIATORES DUCIS IPSIUS E-  
VESTIGIO SEQUACES, QUI PRIMUS EAM SEQUIT<sup>3</sup>, &  
RUMINAS SUAS & SARCINAS MULIS (UT DICITUR)  
MARIANIS CONUEXERE, & ISTI (SI DIUIS PLACET)  
IN PATRIAM, AD BONORU FINEM, AD SCILICITATIS  
CUMULU<sup>3</sup>ILLA CURULI VIA ITURU ESSE & PERUEN-  
TURUM CUM COPIJS, CUM FORTUNIS, CUM FORTU-  
NÆ BLANDIMENTIS RIDIBUNDI DICTANT & CON-  
FIDUNT. QUOD SI ILLE INSTITUEDAX VIÆ AUCTOR<sup>3</sup>  
SALUTIS CONSECTANDÆ SUAS OR<sup>3</sup>, INDEX BONORU  
MALORUMQ<sup>3</sup> FINIŪ, VIAM NOBIS NECESSITATIS  
PARTIM, PARTIM CONSILIJ ATQUE UTILITATIS PRÆ-  
MONSTRAVIT, TRACTU ETIAM EIUS, UT PORRIGITUR  
QUOQUOUERSUS ORBITIS IUSSORIJS SUAS ORIJSQ<sup>3</sup>  
CIRCUDUXIT, QUID CAUSÆ EST, QUIN SCIENTES PRU-  
DENTESQ<sup>3</sup> SELE PERDITU EANT, IJ QUI HANC VIAM  
INEUN

Ineuntes, diuerticula interim & obiter quæ  
ritant amicinitatis: & utin fortunæ diuer-  
sorijs mansitent, orbitas supergressi priscaæ  
iustæq; disciplinæ uestigijis impressas, lon-  
ge expatiantur & late, securi utiq; ipsi quo  
tadem euasura sit digressio ab instituta via.  
Nisi uero, ut nunc est uia, nō passim sequi-  
mur coruos, ut inquit ille, securi; quo pes fe-  
rat, atq; extēpore uiuimus. Age, est ne quis-  
quæ mentis compos, qui fidem eorū uolu-  
minū audeat labefactare, quæ in fanis quo-  
tidie dum sacris sacerdotes operantur, dum  
res diuinæ, dum precationes fiunt, ad iircul-  
candā nobis ueritatē legūtur & cantantur;  
Nemo, ut opinor. Quid: in ijs ipsis uolu-  
minibus, est ne eius uia Hodœporicum in  
ærumn consecratum? Sanè quidem, inquis.  
Atqui, si diuinis illis elogijis auscultamus, sta-  
tim atq; orbitas illas quispiā transilijt, in di-  
uortiū incurrit salutis & exitij. Finge igitur  
te Herculem illū esse Prodicti antiquorū mo-  
numētis celebratū, in bivio hærentē, utram  
tandē uiam capeffas, ærumnæ an fortunæ?  
Hic locus est parteis ubi se uia findit in am-  
bas. Putato me si maius, illum esse Hercu-  
lem, Fortunamq; mecum in gratiam redeun-  
tem, siu illum mihi luculentū bonorum  
ostentare, atq; excussuram esse in me proti-

F 5 nus, 6

DE CONTEMP. RERVM

nus si colere eam uelim, & sequi fidem ipsius, num si hic te utar auctore, ea statim conditionem accepturus sim, potius quā gran-  
diloquentiam immensasq; pollicitationes philosophiae sacræ securus, sc̄enoris illius centuplicati expectatione ducar, ærumno-  
sæq; uitæ & conflictatæ interusurum tanti esse putem, ut præ ea spe repræsentationē fœlicitatis respuam, ac fructum uitæ hilario-  
ris. Melius, inquis, ominare. Quid igitur cauificari potes quo minus cum aut rebus diffundimur & exhilaramur prosperis, aut confundimur & contrahimur aduersis, & præposteri ipsi esse & capti mente uideamur? Siquidem ita fert bonorum præsen-  
tium atq; eorū quæ in spe posita sunt com-  
mercium, si recte ratiocinere, ut tam dispen-  
diolissima sit horum cum illis permutatio,  
quam maximum impræsentiarum afferre compendium existimatur. Abige hinc ali-  
quantisper nebulam sensus communis &  
popularis, que tibi ipsa mihiq; liberū auferit conspectum ueritatis, & intellectui tuo ex-  
cute atq; exprime exactam attentionē eorū quæ ijs elogij contestata sunt, quorum si-  
dem tute colis in primis & ueneraris, inues-  
nies in transenna peregrinæ huius uitæ tas-  
bernaculiq; temporatiū innumerās concin-  
natas

natas esse decipulas, uersuti illiū solertisq; a cupis animarum, ut nisi in uita, suspensō gradu & tanquam in via muricata cum su spicione anxia pernigiliq; cautione pergamus, laqueis mox illis Vulcānīs imprudētes nos inducū simus, qui oculis non prouidentur. Quo circa sapientes illi prisci quorū responsis & auctoritate exigendē huius uitæ disciplinā stare, conuenit inter omnes qui initia suscepērunt nostræ religionis, nō modo prouidendas & præcauendas, sed etiam auersandas eas uitæ partes censuerū longēq; fugiendas, quæ frequentibus rerū secundarum illectamentis captionis, fraudis, & imposturæ suspicionem præferunt. Quo magis mirum est tanta nos cæcitatem præditos esse, ut quicquid non prospere, nō fortunatæ, nō ex sententia accidit, male, securus, incommodè cessisse præiudicio sensus cōmu nis pronunciantes, cū ipsa etiā prouidentia aut iniuriā corporis, aut damnū in for tunis nostris datū, aut pauperiē factam in celū impie exposulemus.

Gulielmi

10  
GVLIELMI BVDAEI  
DE CONTEMPTV  
RERVM FORTVI  
TARVM LIBER  
TERTIVS.



V AE superiorib⁹  
libris diximus, Dra  
co frater , esse eius-  
modi non nescius  
sum, ut in ijs expli-  
cādis fudisse uerba  
magis uideri pos-  
sim lectoribus, phi-  
losophastrisq; more  
in mores declamitasse, quām aut persuasio-  
nis aculeum in cordibus fixisse lexitantiu⁹,  
aut mea ipse præcordia iusta æquanimita-  
te tinxisse . Ista quidem speciosa dictu sunt  
& auditu(dicit alius) sed quotum quenq;  
uideas eam usiendi uiam ingredi, obſiram  
iam spinis & obſoletā, in eaq; cursu⁹ con-  
tendere tenore pertinacis Ita est profecto,  
nec me cum hēc dicerem latebat, rationem  
iſtam cū aut ad urentem dolorem , aut an-  
gentem animi ægritudinem uentum est,  
pedemq;(ut ita dicam) inferendum in aciē  
terum

FORTVITARVM LIB. III. 47

terum paulo acerbiorū , tam esse arduam  
subductū atq; intractabilem , quam est ipsa  
in certaminis meditatione secura procluis  
ad dicendum , atq; ad ratiocinandum du-  
stilis . Id adeo cognoscere sape mihi retum  
ex euentibus contigit . Nam cum attentiore  
terum fortuitarū cogitatione , pulchre me  
interdum comparasse uiderer , quasq; pro  
lusione confirmasse ad incōmodiorum ca-  
sum imperus excipiendos nullo , aut leui  
tumultu , sensi nonnunquam & ingemui  
constantiam ac rationem mihi in te præ-  
senti non modo ex animo , sed etiā ē uul-  
ti , ex oculis , ex ore deniq; sanguīne excidisse . Verum quo difficilius mihi uideatur in-  
dignates errore humano cōparatas qua-  
siq; itre recepto moribus constitutas , simul  
exorbitanteis à recto tramite mores ita re-  
prehendere , ut catieamus atq; uitetmus , eō  
digniorem rem esse duco in qua studiosi  
tiri philosophiæ & retinerētes omneis animi  
uitres contendere insistat & exercere , nihilq;  
libentius ipse facio quām ut in ea cōmen-  
tione immorer , inuigilem , indormiscam .  
Cæterum cum nec in illa uia laxa , per quā  
fortuna pignora sua sarcināsc̄ uel uerius  
impedimenta transuehit , nec in hoc rursus  
tramite astricto qui illa interfecat , uestigia  
ulla

DE CONTEMP. RERVM

ulla uisantur retrorsum ferentia, de eo utiq<sup>s</sup>  
ip<sup>s</sup> quod humanitus sciri nequit, ea consu-  
lere oracula debemus, quibus aduentatib<sup>s</sup>  
Delphica uaticinia aliaq<sup>s</sup> cesserūt. Quippe  
si in rem usque præsentem assensum fidēq<sup>s</sup>  
sustineamus, sera terum uisendarum hor-  
rendarūq<sup>s</sup> persuasio uertetur in scientiā,  
quæ nihil tum iuuabit. Proinde germane  
mi, ut in aliquod tibi tandem Epimythiū  
hic apolodus euadat, quum tot absurdā, in  
decora, indigna, pudenda, fortunam in ui-  
ta designare uideamus, doctrinę rectā con-  
sentaneum est, ut in virum constantem di-  
sciplinæq<sup>s</sup> diuinæ retinentem querelā sto-  
machosae nō cadant ob pauperiem in cen-  
su eius forte factam, aut propter negocium  
tranquillitati faceſſitū, aut laceſſitam mor-  
bo uitioꝝ corporis sanitatem. Num si uide-  
am hodie fortuna habente comitia, sum-  
mamq<sup>s</sup> rerum tenente, lippos apponi spe-  
culatores in arcibus & sacris & profanis, an-  
tistites designari qui oracula exaudire ne-  
queunt, uigiles & excubidores in repub. ho-  
mines somniculosos & oscitanteis, custo-  
des sacroru<sup>m</sup> profanorūq<sup>s</sup> queis nec respecta-  
re nec circumspectare aut placeat aut uacet,  
præcones rerū uociferandarū homines fu-  
scuocis aut exigue, concionatores eos qui  
in pers

in perpetuū irraucuerunt, gubernatores in  
tépestate nauseatores, præcursores eligi ex  
natione anhelatorū, præsidiarios qui loco  
stare nō possunt, designatores qui ordinis  
& delectus rationē nullā habēt, interpretes  
& respōsitatuos qui linguarū non habent  
cōmercium, num (inquam) si huiuscemo-  
di multa uidemus indignitatis plena, quæ  
facinora hanc dubie fortunæ iudicanda  
sunt atq; temeritatis, stultorum ideo queti-  
monijs subscribere debemus, ac cœlū ter-  
ramq; (ut dicitur) p̄miscerē. Dij meliora, in  
quis. Sed tamē priuatim dolentē iuuat do-  
lori suo ingemiscere, et publico uulnieri pi-  
um est lachrymas nō negare. Nemo it infi-  
cias, nec tam esse duram atq; immite philo-  
sophiam censeo; ut humanitatem ab ho-  
mīne conuellere conetur. Ob hęc etiam et  
eiuscmodi condolescere debemus reipu-  
non nostram priuatim ipsorum uicem do-  
lere magnopere, aut inepte quiritari, aut  
cœlū uocibus & murmure fatigare, si cen-  
suram gerente fortuna optimus quisque et  
doctissimus pr̄teritus est in ordinū recen-  
sione. Nam cuius est tandem stultitiae à for-  
tuna exposcere moderamē rerū prouiden-  
tiæ congruum: nisi si aleæ casus ad uices sta-  
tas redigi posse stomachando speramus,  
aut pro-

DE CONTEMP. RERVM

aut probitatem ac fortunam in posterum  
contubernio consociari, ut tam copiosissi-  
mus posthac quisque sit quam est inopia in-  
dignissimus. At quanto praestabilius est ho-  
minem sese conditionemque suam agnoscen-  
tem, occursatrices istas curas, affectusque in-  
terpellatores metis salubria commentaturae,  
ratione compescere & supprimere, quam  
aut animum aegritudine exesse, aut superum  
tam querelis lacefsete: Proinde, tibi inquit  
poeta nobilissimus, mecum ipse ita ait: De  
sine fata Dei flecti sperare querendo. Citius  
enim solis equos sistas, currumque illum ra-  
pide procursum sustineas inhibeasque re-  
tro, quam id quod coeli tulit uolubilitas,  
ne eueneriat obtineas aegre ferendo, aut ne  
hominum uita a primordijs mundi tran-  
quillitate multata & requieeta, in multa, ua-  
ria, duraque casuum offensacula publice pri-  
uatimque incurrat, quando parcarum fusi mis-  
ris fatorum ambagibus inuoluti sunt &  
perplexi, quibus ex ipsis timentem & ratio-  
nem extricare uix possis, si diutius obhaes-  
tis explicare cupiendo. Nouerit hoc primus  
qui indignari ob ista ac uociferari instituit, et  
ueluti cum prouidentia cum Deoque expo-  
stulare, naturae leges antiquari non posse ci-  
tra uniuersi solutionem, nec coeli stellantis  
placita

placita actaq; circuductum iri ob unius mul  
torumue reclamantium intercessione. Nec  
enim (ut opinor) ob meam aut cuiusquam in  
dignatione Lachesis conuoluta iam pensa  
retorserit, nec irae meæ impotentia deterrita,  
dispensatione fortium retractauerit, quam  
celo consulto instituit & peregit. Nisi Atro  
pon quoq; inexorabilem (ut nomen eius  
indicat) fletibus ac lamentis flexum iri spe  
ramus, uadimoniaque dilaturam capit, is  
aut etiam interlituræ. Nec ideo tamen For  
tunæ temeritati liberi animi cervices sub  
mittere nos contuerit, sed uultus æquabilis  
constantiam spirituimq; infractorum celsi  
tudinem ante DEI conspectum deiscere,  
in eiusq; prouideitiae fidem ac præsidium  
nos conferre omnibus cum fortunis. Sum  
mum autem dolorum omnium lenimentum  
est, æquis inter hæc animus, donum qui  
dem ipse diuinum, non mentis arbitrii  
um quilibet recte natura constitutæ. Quo  
sane tanquam condimento rerum acerbis  
orum utentes, Fortunæ hominumq; ini  
tias atque iniquitates, non ratitum deuora  
re, sed etiam concoquere sic poterimus, ne  
damnum nobis ac detrimentu importasse  
videantur. Ad stomachum porrò istum fa  
cient tria hæc præcipue perpesta & aestima  
G ta. P. I

DE CONTEMP. R E R V M

ta. Primū est, si per naturā rerum acri percur  
rentes intentione nihil esse actuosius natu  
ra animaduertamus, nihil imperiosius ne  
cessitate, nihil rectius prouidentia. Etenim,  
si tolerantia necessaria causam habet, super  
vacuū est utiq; quod cecidit ægre ferre, quū  
animus æger fortunæ vulnus altius ægre fe  
rendo altiūsq; sensim adigat, uimq; mali au  
geat & acerbet. Sin id à natura manat, qd  
nos urit, cur incusamus naturā, quæ functi  
one sua utitur? Nam si in constitutione con  
creti hominis aberratum est, non naturæ id  
uitium est, sed materiae, quæ sine subiecto  
nihil potest, præsertim cum finis eius sit res  
in meliorē statum perducere atq; perfectio  
rem. At prouidentiā prouocare, plenum est  
insaniae, cum maiore ipsa appellate iuris dis  
cepratorē nequeamus, apud quem, qua de  
re agitur, in iudiciū deducatur. Reliquum  
est, si non acquiescimus, ut cum Fortuna  
damni dati experiamur, quæ cūm ipsa legi  
bus soluta sit, imo legibus non teneatur,  
ut pote parens aleæ, quis prætor nobis acti  
onem daturus sit, non video, aut qua lege,  
qua formula iudicium simus constituturi.  
At enim (dicat aliquis) noxa accepta gemes  
te saltem liceat, intestinūq; dolorem quæ  
timonia lenire. Liceat sanè si id magnope  
re ius.

te innuat, quasi in uultius incumbere, potius  
quam fomentum præsentaneum quærere,  
sed tame si apud ipsam dalmi auctorem  
quereris, apud nouercā quereris, quæ con-  
uic̄tis ipsa gaudet & intoleratia. Si inuētos  
querelas effundis, indignū est homine do-  
sto. Apud Deū porrō pauperie factā queri  
innocenter, qui potes? qui in rerū etiā ad-  
uersarū campū hilariter descendere dele-  
stos suos iuber, messem scilicet illuc facturos  
centesimo cum sc̄enore redeuntis laboris.  
Quare priisci illi Heroes dogmatis Christi  
ani uere sequaces & assertores, quorum ani-  
mos Deus in supplementum abstractarum  
intelligentiarū iam inde ante ætūm condi-  
tum delegerat, itasse fortunæ tam pernicio-  
sum semper esse censuerunt, quam Diti pa-  
tri litare gentiles olim noxiū existimabant,  
in cuius sacrificijs contraria semper exta kse-  
tiora esse arbitrabantur. Inde elogia illa in-  
nocentium animarum sanctarūq; fami-  
gerata, quibus rerū secundarū omnēm tan-  
quā infaustum nefastūmq; esse ac procurā-  
dū uidetur. Quod recta fidē iam labefacta-  
ta, lætis hunc ipsi animis excipimus atq; ge-  
stientibus. Neque tamecum hæc prodes-  
tem, ita integer ipse & sartus eram ab in-  
commōdis aduenticijs & corporis & exter-

G 2. H 18, 11cc

DE CONTEMP. RERVM

nis, nec ita immemor & securus conditio-  
nis eorum, quibus Fortuna iniurias de-  
nunciauit, ut non facile in rem præsentem  
identidem possem deducere animū, illicq;  
de ea re ipsa cognoscere, antequā pronunci-  
arem. Non me tunc fugiebat ita esse natura  
comparatū humanæ mentis captum ad res  
eternas & cœlestes, ut conjecturæ mortalis  
atque cōmentationis ratio, quantumuis ex  
quisite subducta, uix unquam ita quadret,  
& apta sit cum elogijs diuinis usū inque sa-  
crali studiis, quin tolerantia atque forti-  
tudine præstanti opus sit, cum uel fortuna  
acerbè atrociterque desæuit, uel cum noxa  
illa stygia acriter tentat animum, stuporeq;  
cum humana præcordia non nescius sum,  
cum appulsus est aut cordi, aut corpori sens-  
sus uehementis doloris, sed tamē experien-  
tia didici lectionē sacram depultricem  
tandē esse affectuum immodicorum & æ-  
gritudinis angentis, speique bonæ concilia-  
tricem, ex qua oritur & equanimitas. Accedit,  
quod patientiæ contra Fortunā sicariūm q;  
illum spiritualē dimicanti, aduersa q; illam re-  
rum telis, prauis hunc instinctibus grassan-  
tē animiq; exagitationibus, subsidia ferē di-  
uinitus rerū in articulis tēpestiuēq; summi-  
tuntur, quæ cessurum alioquin animū iam

iamq;

Sacra le-  
ctio.

iamq; manus aduersis rebus laribusq; diris  
 daturum, stare in uestigio faciūt, aut ita celsi-  
 sim ire, ut tamen scutum non abjectat. Ve-  
 cunq;, cum in confessio sit nemine esse ferē  
 in familia Domini, quin fustuariū aliquan-  
 do mereatur, nimirū præstabilius est omni-  
 no hic, quod meruimus pendere, quam in  
 diem fati dilatos & ampliatos Ditis lorario  
 tradi, qui nos beato, copioso, splédidō, for-  
 tunatōq; funere elatos obtorto collo ducat.  
 Huius ipsius fustuarij cū in capite & in for-  
 tunis nonnullas uibices geram, gesturūsq;  
 sim (ut credo) reliquā partem uitę, sic quoq;  
 tamen arbitror meū clementer actum esse,  
 præut est multorum conditio è natione for-  
 tunatorum. Et hæc sunt cōmercia cœli, nisi  
 per impatientiam conselerando animum  
 derogarimus fidem cœlesti testimonio.  
 Quod si istis fortunatis & beatulis aduersi-  
 interdum casus copiam oblimarent exube-  
 rantem, ecquis est doctrinæ CHRIS TI-  
 retinens, qui non tum melius cum ipsis a-  
 ctum esse existimaret: ut quibus haud du-  
 biè sanitatem mentis præstaret & conserua-  
 ret, ueluti missus sanguis redundantie. Cæ-  
 terum, si in huius rei disceptatione Musa-  
 rum antistitis auctoritatē non nefas est lau-  
 dare, apud Homerum Vatem Achilles con-

G 3 folia

DE CONTEMP. RERVM

Solabundus ad Priamū supplicem libro Ilia  
dos ultimo ita inquit: Sinamus o Priame  
concidere dolores luctusq; in anno nostro,  
ac cōsopiri. Nam cum inceroris nullus est  
effectus, cum etiam misericordia diuinata morta  
libus hoc inditum est, parcarūmq; fusis im  
plicitum & injunctū, ut exigant uitam per  
moesticiam. Cum quo poēta dicto conue  
nit historia Mosis de sententia Dei luctum  
nobis laborēmq; denunciante perpetuum  
in vita. Qua sententia in primū ipsa paren  
tem lata ac pronunciata ore diuino, genus  
hominū, tanquā in opus perpetuum damna  
tum esse uidemus, cū sudore obeundū ac  
peragendū. Hominē igitur se se nosse ope  
ret, id quod caput est, & ueluti fons huma  
næ sapientiæ, quo ex fonte ducuntur animi  
instituendi excolendi rationes, tum dein  
dē natalium suorum conditionē assidua re  
cordatione aestimantē, cœlestium quidem  
rerū & mēte tantū perceptarū admiratione  
sensim imbui, earūmq; contemplationi assue  
scere, quoad eius facere potest, caducarū ues  
to rerum, & ex materia aptarū fluxa atq; in  
teritura, opinione fallax, iustōq; maiorem  
exuere cupiditatē. Sic fiet, ut ipse hausta ueri  
tatis imagine illustratus, ijs de rebus nō ma  
gnopere laborer, queis adminiculatior ani  
mus

mus esse nequit, aut ad se erigendū cum de-  
iectus est, & elanguit, aut facilius emerge-  
dum cum in luto rerum sacerularium hæsit.  
Hanc animi constitutionē, quasi quædā pe-  
dissequa cōmitabitur æquanimitas, quæ  
haud egris ipsa oculis exuberantia in aliena  
segete uider, unāc in sua calamitatē, in suo  
grege stragē, in uicini fœturā. Quid enim  
refert, si recte atq; ordine humana conside-  
remus, cumulentur, nec ne facultates ex la-  
bore, an contrā ueluti rabe quadam infor-  
tunij extenuentur & accidantur, si quidem  
ex æQUITATE animi labor uirę in summā pro-  
fecturus est eius spei, quā fouemus. Tameris  
quæ est ista tandem bonorum extenuatio, cū  
ex calamitate tolerantia haud dubiè messu-  
ra sit, quod exubereret in preciū summi boni  
cōparandi, ad quē ueluti scopū omnia refes-  
tuntur, & spectant humanę mētis consulta,  
decreta, atq; elaborata, etiā si rari sunt, q̄ colli-  
neant. Qui uero incomposito animo atq;  
indignabundo contingentiu rerum eveni-  
tus excipiunt & prosequuntur, quid aliud  
tandem miseri, quam segetem (ut ita loquar)  
uerunt laborū suorum atq; sudorū, irritiq;  
spei euadunt, & ære stipendiōque diruti æ-  
rumnae exantlat, cum eo quoq; ut iusuper  
scelere se obstringant capitalis cōtumacīe.

G 4 Quippē

DE CONTEMP. RERUM

Quippe laborum nostrorum, curarumque frustus non erent secundo constat & exoptato, sed æquitate tantum animi, quæ res una demum iustum operæ precium statuit mortalibus ob euminas uitæ exhaustas, neque ullum est obsequiuū (ut opinor) duntaxat secundum charitatē piam numeris suis omnibus absolutā, quo uberiorem gratiā locupletiorēm, quæ à Deo summo inire ab ipsaq[ue] prouidentia possimus, quam hac ipsa uirtute cū pietate suscepimus, constantēque perlata. Iam illud quantopere dicam ualere ad id, quod nunc agimus (neque enim id quisquam inficiari potest, qui quidē certè in CHRIS THE uerba adactum esse se cōmeminerit, ne de eo quidem assensum sustinere) prouidentiā ipsam sollicitā esse quodā modo uicē nostram, sed dulög[ue] curare, nequidā nobis externæ opis desideretur, quū ipsam interim nihil fallere possit eorum, quæ ē re nostra & salute sunt æternæ. Propius etiā accedam, urgebōq[ue] acrius. Velim, ut eodem in uestigio manens quispiam fortunatorū roganti mihi respondeat (quando res dilationis non est.) Quæ roigitur ex eo quisq[ue] erit obuius, num qui uehementi uel querendi angore, uel quesita speratāue amittendi pauore aut mōrere cruciantur, insontes apud Deum esse posse finit,

sint, quasiq; frugi se homines & prouidos ipsi probare prouidentiae: an incuriam sui potius eidem exprobrare uideantur prouidentiae, aut certe connuentia soporemue in suo discrimine, aut iudicium suum iudicio diuino anteponere, meliusq; se nosse existimare que libi commoda atq; incommoda sint: Quanto igitur satius est quanto & ad pietatem innocentius, et ad inopiam debilitatemq; consiliij humani appositius, in tam alta rerum caligine deprehensoris in fidem & clementiam prouidentiae nos nostrag; pignora permittere, quā aut fortunae opem implorare, quasi fortunatris, aut cœlum terræ miscere (ut dictum est) querelas, gemitus, ineptiasq; ingeminiādo, incoerentemq; nobis conscientendo ægritudinem, quæ s̄epe exest animum: At rerum aduersarum aciores sunt experiundo stimuli, quām ut meditata in umbraculis aduersus eos ratio prouidere satis possit, in eosq; instruere se animi consilijs presentia, & ita obfirmare, ut par sit ipsa instanti praesentiq; dimicationi. Hoc ualeat in eos qui umbratili tantum palestra periculum sui fecerunt, nō item in eos quibus in campum descendere cōtigit, in soleq; æstuare. Tu alia quando frater tyrocinium rerum aduersa-

G 5 rum pas

DE CONTEMP. RERUM

sum patientiae fecisti humanaeq; iniquitatis.  
Ipse etiam rudimenta posuisse me cōfido.  
Certe in hac animi palaestra omni genere  
exercitus sum, ut si quis unquam meorum  
æqualium eiusdemq; ordinis & classis, nec  
in hac mea exercitatione læte tristisq; fortu-  
næ facies, uices commutarunt inter se, ean-  
dem ipse ferè unāmq; expertus sum fortu-  
nam, quam ancipitem alijs uariamq; noue-  
re. Quo sit ut securus in futurum iam ea,  
alternisq; annis huiuscmodi multas ex-  
pectem ab illa quæ dicitur esse rerum arbi-  
tra, quales hactenus pertuli, eāsq; quasi so-  
lennes quasdam sanguinis missiones non  
metuendas esse putem, tametsi non redun-  
datis, præsertim hac ætate. Quare pedibus  
haud illotis accedere ad præsidium philoso-  
phiae possumus, quasi iam tyrunculi tatóq;  
sacramento adacti. Qui si fide bona ex ani-  
miq; sententia in dictione eius transierimus,  
non tempori necessitatique seruientes, quid  
iam obstat quo minus fiderenter atq; alacri-  
ter induamus eius arma, tesseraque ab ea pe-  
tamus Deo beneiuanter. Id si nobis con-  
tigerit, quid magniscentius ad uitam è di-  
gnitate Encyclopædiae traducendam, quā  
quod nouerca illa honestarum elegantiūq;  
disciplinatum, nec rictum nobis deducere.

pro

pro arbitratu suo , nec contrahere poterit .  
 Atqui rerum omnium facultate copiæ de-  
 stitutis , omni item consilio defectis (quod  
 mihi accidere nisi ui maiore non potest )  
 illud saltem subsidium superest , ut inter de-  
 dictios prouidetiq; ne dum inter alumnos  
 philosophiaæ profiteantur , quibus (ut opis-  
 nor ) ipli sartos testos esse licet ab ultimis  
 exemplis indignitatis . Mediocria autem  
 & obsoleta fortunæ incômoda , quid aliud  
 quam labores sunt iniuncti homini diuini-  
 tus , legitimæq; exercitationes palestræ euan-  
 gelicæ in campo luctus atq; incroris . Itaq;  
 has ueluti sarcinas clitellares à Deo impos-  
 sitas & obligatas , quā maxime quisq; æqui-  
 est ac sui noscitantis animi , gnariq; condi-  
 tionis humanæ , tam obsequiosissime fert  
 ipse uel uerius officiosissime . Quod si quā  
 do ferendo perferendōq; oneri non est ani-  
 mus debiliore temperatura constitutus (id  
 enim accidere uidemus interdum , sed sæ-  
 pius hominum ignauia , quam iniquitate  
 onerum ) prouidentiæ tum partes sunt ita  
 de insône animo statuere , ne fraudi sit cui  
 quam quod non sua culpa euenit , fieriç  
 nequit nisi lex diuina abrogetur , quin labo-  
 ris actoleratiæ hominibus constet tandem  
 ratio quam amplissime . Verum futura nō  
 prouid

DE CONTEMP. RERVM

prouidentes iij qui aduersatum rerum insolentes sunt, euentu incommode excipientes grauiter de se consulunt, saepe ad subita casuum perculsus illos videas, ignavosq; animi deliquio cōcidentes et exanimatos. Sed exticiabitur est quod interdū rōnis frenos respuimus, impotentes animi, & scientes prudentesq; malū malis cumulamus. Hoc uerat philosophia interdicto sacrosancto re tinendā mordicus reuerentiae Dei atq; tem perantiae. Quod si iam noxam incauti ad miserimus, in gradum ipsa nos reponit ac restituit, interdicto eiusdem recuperanda, unde scilicet ira potentia nos eiecit aut dimouit. Pudere enim pigerēq; debet hominem sacræ scholæ initiatum, in conspectu Dei id in se admittere intus per impatientiam, quod in oculis unius aut alterius arbitrii sine rubore non admitteret. Quod sicutib; fomenta philosophiæ docto homini desinet, nosti quām sit illud scitum quod aiunt, mutuandum esse consilium à seruatois auctoritate, cuius fides asylum est unicuique obuium & salutare, qui quidem opē eius imploret. Cum illis uero nunc mihi sermo non est, qui uel in cunis & crepusdijs cum fortuna benigniore delitijsc; conseruerunt, uel alias indulgentia eius corrupi

rupti doctrinæ non capaces sunt. Sinitillos  
 Deus (ut ego quidem arbitror) in impoten-  
 tia animorum ac licentia desequire & lasset-  
 scere, quasiq; in febre sic in ipatientia iactari  
 & consuludascere, fortasse ut multa fatigatio-  
 ne reddat obsequiōreis, quibuscum ipsis  
 tamen præclare agitur & clementer, si ha-  
 ctenus defunguntur. At uero animi philo-  
 sophiae institutis quoquo modo tinti, si la-  
 boris molestiarūmq; insolentia ita inettes  
 facti sunt & supini, suis ut rebus ipsi super-  
 esse nequeant, sibiq; commode adesse for-  
 tuna non obsecundante, simili seſe illi qui  
 dē mihi culpa pariq; animaduersione ob-  
 stringere uidentur, atq; boves faciunt cum  
 aut iusto curatores, aut à pascuis letioribus  
 nitentes & obesi ad iugum obruduntur.  
 Ut enim illi delitijs & successu molliores  
 facti, detrectatorēsq; laboris, in terum aut  
 temporum difficultate statim estuant, ani-  
 mūmq; perferendi despondent, sic signaua  
 iumenta in sulco cito decumbunt, uel post  
 unam alterāmq; uersutā anhelabunde re-  
 stitant, nec iam aratoris hortamentis audi-  
 entes sunt. Huiuscemodi autem animan-  
 tes quid aliud dicamus quām uictimarium  
 manere & lanium, cum iam usui esse ne-  
 queant, nisi si iterū earum adipes extenuare  
 dom inus

SUPENDA

DE CONTEMP. R E R V M

dominus non graueritur. Atq; eos quidem  
nōdum attingo fortuna maiore præditos  
et prouectos, qui uelut admissati sagina re-  
rum secundarum lasciuientes, omnis moe-  
stiaæ incômoditatisq; imunitate fruûtur,  
quâliq; soluti sunt lege illa naturæ, quæ ge-  
nus humanū æruminolas in operas labo-  
rēsq; damnauit. Ex quorū natione quosdā  
uidimus p; uarias rerum intempories eodē  
tenore felicitatis, parcarum (ut ita dicam)  
colu humerisq; uehentes, nunc plaudente  
nunc obstrepe populo. Huiuscmodi  
sunt præstigie fortunæ rerum mirandarum  
designatricis, quæ Cœsares, & Alexandros,  
Syllasq; sanguinarios ceruicibus suis sustui-  
lit in sublime, ac per incredibiles rerū uarie-  
tates discriminâq; pertulit in columnes, non  
nullos ipsa uicissim succollâs ac destituës,  
quo mirificentius potentia suam uendita-  
ret in rerū articulis euariante alea, & tenore  
tamen fauoris ab eo nō aberrante cardine  
quo summa terū uerti. Hæc est illa scilicet  
mirâda uis fatorū, quæ causas quidem ipsa  
cœcas habet, in coelo fortasse uel descriptas  
uel adumbratas, quarum effectus auctores  
Genethliaci præsciscere se affirmant, qua de-  
te quid sentirem in primo libro perstrinxii.  
Ephœctice enim de futuris philosophantiz-  
bus quâ

cos quidem  
te prædictos  
atq; sagina re  
omnis moe  
ne fruatur,  
z, que ges  
peras labo  
one quida  
penes eodé  
rita dicam)  
plaudente  
tufcmodi  
randatum  
xandros,  
uis suffus  
teruaria  
mes, non  
c destinis,  
n venuis  
& tenor  
ate cardine  
illa scilicet  
quidem pla  
delticipas  
audores  
ant, qua de  
perfinxi  
lophanici  
bus qui

## FORTVITARVM LIB. III. 56

bus quā cataleptice libentius astipulari so-  
leo, curiosumq; ac piaculare esse censeo fa-  
tidicos istos consulere, quasi parcarū antisti-  
tes, qui cū fatorū cōmentarios in manib;  
habere se profiteantur, nefarię uaniloquen-  
tiæ identidem manifesti sunt. Neq; autem  
omnibus ijs in rebus in quibus uel fortu-  
na uel circulatrix illa noxa, circumfusa im-  
peritorū corona gaudens, plausum captat  
præstigiarum, nō sua constat ratio auctori-  
tásq; prouidentiæ. Est enim est ipsa ut in hu-  
manis præcordijs flexanima, sic in fortunæ  
temeritate tanq; moderatix architectoni-  
ca rectrixq;. Nam cui dubium est insignes  
rerum temporūq; inclinationes atq; cōuer-  
siones, ortus occasusq; imperiorū, Deum  
unū habere in potestate: diuino itē numis-  
ne cōsulta, inceptra, gesta hominū effectus  
suos sortiri, aut in irritū uanescere: cū inten-  
sim arbitriū humanū & cupiditatem effre-  
nem, tum noxiarū potestatum instinctum,  
cæcosq; uæcordiaæ stimulos ita temperet  
ac retundat Deus sua prouidentia, ut in  
temporum ipsa rerūq; competentiā uer-  
tant atq; euadant fatis olim destinatam, ce-  
dantq; in summam regiminis atq; adminis-  
trationis orbis terrarum ea sæpe, quæ pri-  
mordia sua duxere ab origine facinorosa.

Verum

DE CONTEMP. RERVM

Verum (ò superi boni) quot tandem, quā  
rapidis, quām turbulentis æstibus affectuū  
impotentium illos iactari existimas, quos  
fortuna per huiuscemodi successus dein-  
ceps alios alioſq; promouet. Evidē nul-  
los homines opinor minus aut sui manci-  
pij esse, aut animi sui possessores, cum in-  
terea sacra ipſi fame querēdi exagitari, quæ  
cunq; lustrare oculis possunt, præ habendi  
possidendiq; cupiditate uorare uideantur.  
Quorūdam certe animorum habitum, si  
quis pensitate cōsideret ac perspiciat, quod  
dam omnino instar pati supplicij inferoru  
uidebūtur, ut(uerbi gratia)quod de Ixione  
fabulantur antiqui. Nam ut is amore Iuno  
nis deperiēs, quum simulachro eius inani  
acnubiloſo incubuſſer, Veneris ludibrio  
ita tum deceptus est, ut etiā post mortem  
apud inferos ad rotam astrictus sit à poētis,  
iugiq; uertigine circumactus, sic isti omni-  
bus penè sensibus capti præ nimia cupidī-  
tate, imaginariæ quoq; bonorum posses-  
sionē incumbentes fruitioniq; , adumbra-  
cam quidem fœlicitatē pro uera conseſtan-  
tur, stolidamq; pro solida, tāticq; erroris poe-  
nas pendere mihi ipſi uidentur, cum in ro-  
ta fortunæ collocati, tollantur uicissim &  
submittantur, prout spes instabilis erigit  
biantem

Ixionis fa-  
bula.

tandem, qui  
bus affectui  
timas, quos  
cessus deinceps  
Equidē nul-  
lū financi-  
as, cum in-  
agitat, que  
ra habendi  
e videamus.  
habitum, si  
ciat, quod  
in infernū  
de Ixione  
ore luno  
eis inani-  
is ludibrio  
st mortem  
sit à poētis  
isti omni-  
ia cupide  
in posse  
dumbra  
consecan-  
toris pce  
m in ro-  
cissim &  
olis erigit  
hiantem

hiantem cupiditatem aut destituit. Agatigitur fortuna, feratq; quæ mea esse dicuntur, modo ne ab ea sic rapiar, uiuuscipacuidens (ut aiūt) mihi philologiæq; auferat, præser-  
tim cum innocentissimi uiri, rerumq; diuin-  
tarum consultissimi, & fortunarum cala-  
mitates, & corporis æruminas afflictatio-  
nesq;, nomina iam ipsa inuidiosa apud o-  
mineis, tamen ut æternæ felicitatis pignus  
etiam amplectendas duxerint. Et alioqui  
cōpactilis istorum fœlicitas atq; opulentia,  
solutilis quoq; ut sit necesse est, cum primū  
fortunæ collibuerit spargere quæ collegit,  
& distrahere quæ cōtaxit. Ita sit interdū ut  
belli isti fortunati ab illa sua ornatrice deser-  
ti ac proditi, similes sint paucorum, quibus  
caudæ speciosæ insignia euulsæ sunt aut ex-  
cussa, qui si exempti decotis immemores  
efferre se & ostentare cœperint, risu excipi-  
untur, cum inaniter irritéq; rotentur. Sic  
isti qui exemplili ornamento aduentitio-  
tum, non intelligunt precatia se fœlicitate  
censerit, qui census quintam classem nō  
egreditur censuram agentibus sapientia &  
æQUITATE. Sed sunt sane tam ualida penatiū  
coagmenta, quos isti hodie architectantur,  
solui ut ipsa nequeant nisi aliqua ui mao-  
re, quod non sāpe accidit. Quosdam enim

H uidimus

DE CONTEMP. RERVM

tridimus iamiam ruituris similes , fortuna  
scilicet aluminos suos terrante per ludifica-  
tionem , & ueluti fastidium simulante de-  
litarum suarū , deinde uelut redintegrata  
gratia fastigii ipsiis altius addidisse , magis  
adeo ut sedimentū grauioris fortunæ mo-  
lis factū esse dices ea mutatione , quā pe-  
nates ipsos gentis nouæ labefactatos . Verū  
esto (ut aiebam) sit ista propria stabilisq[ue] for-  
tunæ benignitas , nū igitur continuo bea-  
tos illos pronunciabis ob eam ipsam bo-  
norum possessionem . Ipse equidem certe ,  
nec si exploratum senecturis finem habeā .  
Nam quid erūnosius quā fastigia ista genti  
litia extruere per tot iactationes casuū , tot  
estus curarū atq[ue] fatigationes animis qui-  
bus nec ipsis manum extremam ī sint im-  
posituri , qui fundamēta iecerint , ne impo-  
situros quidem sperare audeāt , cum in ma-  
certam altitudinem formam delinearint .  
Quid q[uod] compertum habere nequeunt an  
q[uod] successores operis inchoati relinquent ,  
ī & gnauiter & scite præscripta concepræ  
amplitudinis secuturi sint . Quid si etiam  
iilud in dubiu uenit , utrum huiuscemodi  
operum arbitratrix architectiq[ue] vicem im-  
plens , operam successoribus eadem facilis-  
tate nauatura sit , fauorēm q[uod] adhibitura . Ita  
fit ut

fit ut iij qui imagines suæ gentis condere osti-  
nibus (ut dicitur) ungulis admittuntur, in  
aurorum & argento nomina sua incidere, ne  
opinione quidem tenus fœlices esse que-  
ant, si tem ad uerum exacteque exquirimus.  
Quæ (malum) igitur uæcordia est tot na-  
ture molestias, quas uitare nō possumus,  
exquisitis æruminis curiose cumulate? At in  
id ergastulū sese dare hominibus solenne  
est, quos pudet intra natalium suotū mo-  
dum acquiescere. Adeo si dispicere uerita-  
tem uacet nobis, atque ociose animaduerte-  
re singula expendereque non pigeat, quid ali-  
tid iam multitudo hominū procerū iuxta  
& opificum inter hosque mediorum, quam  
metallarij sunt, in opus illi quidem perpe-  
tuum coniecti ac damnati sententia com-  
munis prudentiae. Ab hac autem sententia  
cum appellate philosophiam liceat, eiusque  
comites iuris æquioris consultos, mori-  
busque constituti hominū naturę magis in-  
dulgentium, si tu sententiam illam frater  
tuлагarem & publicā aut probas aut seque-  
ris, quid uerat quo mitus te ad iudices illos  
maiores ego prouocem cū literas tu noues-  
tis. Cedo igitur quemuis eorum arbitru, ni  
isti quos dixi, plane sunt serui pœne, senten-  
tia sensus communis irrogatae, qui s̄ape

H 2 ipse

DE CONTEMP. RERVM

ipse litem suam facit ambitiose, cupide, sor  
dide iudicando de bonis animi, corporis,  
& externis. Et istos pudet (si diuis placet) in  
ordinem se cogere, qui in ergastulum se de  
derunt diræ cupiditatis: & qui palmarium  
esse ducunt, supra classem suam emicare quod  
altissime, pudendum esse non quidem infra  
dedititiorum cōditionem se demittere: Ita  
ne uero prepostere comparata est hominū  
prudentia, ut quos ciuilis uitæ status cum  
libertate pœnituit, hos tædere non possit  
addictæ uoluntatis, & seruitutis peculiolaræ.  
O hoies misere perditæque beatos, quo reine ex  
pleibile cupiditatis sinu successus in dies in  
horasque int̄edit, atque etiam proportione ca  
pturæ magis ac magis patefacit. O labore  
irritum & inanem, ex quo fructum nullū  
honestæ uoluptatis, sed messem potius cu  
tarum, anxietatum, æstuūmque mentis faci  
unt, in lementem aliam aliāque deinceps  
ærumnarum sane fecundam ac restibilē.  
Et ut sciuros uidemus caueola clausos ori  
chalcea, tympanū illud suum caueæ appen  
dicem sedulo conuoluētes, quum magno  
ipſi conatu strepitūque moueantur atque uol  
uātur, nec ideo tamē quicque promoueātur  
ac prouoluantur, quippe cū tympanū eu  
dein semper numero locū circinet, axiculo  
scilicet

cupide, for  
t, corporis,  
us place, in  
tulum se de  
palmarium  
ermitateq  
identifia  
mittere, ha  
el hominu  
status cum  
non posse  
eauiole,  
voranex  
in dies in  
tione cas  
O laboré  
um nullū  
poriusca  
ennisho  
deinceps  
reflibilē,  
ulosori  
e appen  
magnō  
atq; uol  
oueātu  
anū eun  
axiculō  
scilicet

## FORTVITARVM LIB. III. 59

scilicet semper eodem super centro rotato,  
sic isti nihil ullo labore sudoreq; proficiunt  
in summam eius operis, quo dies noctesq;  
fatigantur, & quum perinde atq; illi actuo-  
si esse videantur, nihilo efficaciores sunt ad  
finem adipiscendum laborum . Semper  
enim idem orbis negotiorum molestia-  
ruing; irrito labore uoluendus est ijs qui in  
pistrinum se dederunt cupiditatis atq; am-  
bitionis. Ecquem enim tu nosti , qui semp  
satagendo, sibi aliquādo satifecerit: Certe  
nemo est iuris simul et hūanitatis cōsultus,  
quin istos primi & secūdi fastigij petitores,  
nō in toga quidē illos candida, sed in ueste  
gemina & ancipiti, non modo capite, sed  
etia corde minutos esse cōtendat. Proinde  
cū finē nullū habeat id uitæ institutū, cuius  
fortuna & præses & potens esse creditur, et  
uitæ ad exitū nulla nō hora cedat, esse in eo  
utique instituto humana felicitas nequit.  
Quo impédio magis admirari subit cuiq;  
hec reputant, hominū socordiā ne dicam,  
an uēcordiam, quorū studium insanum in  
querendis congerendisq; opibus , tum in  
cōdendis & asseruādis ac p manus traden-  
dis ab atauis ad pronepotes, quid p diuos  
iā immortales, quid inquācōfert, nisi usum  
tollit & fructū fruitionēmq; earum : At usu

H ; sublato

DISCUD

DE CONTEMP. RERVM

sublato quid tandem aurum & argentum  
alijs præstat metallis: quid præmium opis-  
mum ubertatisq; inexhauste , exili & cala-  
mitoso: census classicus proletario: Regiae  
Persicæ instrumentum Diogenis supelles  
stili: Vnde porrò auti tanta famæ num-  
spote naturen in hominibus existit: Nō, in-  
quis, arbitror . Quo igitur tandem aut unde  
diuitiarū aceruū, qui ne à Cœlo quidē fini-  
tus est aut Pythio copiosissimis beatorū:  
Heu uanitas, qm̄dæces cū in alijs tū uero  
in hac ipsa remores: Aiunt omnes sese ad-  
uersus necessitatem instruere , ad naturæ  
psum subsidia parare , flagitacris scilicet et  
undiq; destitutę ni sedulo suppetias iret ho-  
minum prouidētia . Hic si rīsum nō tenuer-  
is cū hoc dicant iij quos diuitijs affluentis  
bus suffarcinatos esse nouisti, illi enim ues-  
to ad incerta casuum, morborū, uis maio-  
ris, & ad subsidia deniq; senectutis condere  
nō nihil opus esse contendēt, eāq; demū ob  
causa in partis parcere se nō ob aliam, sole-  
re. Qui liberos habent prætextū arripiunt  
filiarū oblocatiarū, patrimonij, pupillis  
relinquēdi, qui pignus nullū habet, ab im-  
pudentia prætextum mutuantur, destitutā  
causātes orbām̄q; senectutem . Quo te hic  
circumueras: ita ne uero cum diuitijs re-  
dundant;

dundantibus circumfluant, subsidia ista se  
nechtūtī aut libetis componere eos credam,  
aut contra egestatem tantum instructos se  
cuperet. Cur igitur accendentibus copijs aut  
sublatis liberis (ut saepe fit) non ad portionē  
decedit auaritia anxiāq; cupiditas? Cur in  
nicem angentium curarū nō succedit tan-  
dem querendi habendiq; securitas? Quasi  
uero obscurum sit hiantem illam ingluviē  
pro eo ut expleatur infaciendo, in dies ma-  
gis distendi, nec ullū habere sensum hau-  
tiendis magnis questibus nisi inter uorana-  
dum, utpote quum lucri hausti saliuia in os  
rediens, non tam referat suauitatem reruna  
iam cōpositarum, q̄ intendat acrimoniam  
querendi ad eū usq; modū, qui in dies alius  
aliuſq; destinatur. Ferum profecto dirūmq;  
ulcus animi (nihil enim significatius dixe-  
tim) qd' nō modo remedijs non cedit, sed  
etiam medēdo exacerbatur. Ettanto erro-  
re uita ducitur, ut homines sic affecti, hoc  
morbo p̄dicti, his intēperijs uesanq; cupidi-  
tatis acti, fœlices etiā esse beatiq; credantur.  
Proh superi iā beati, quid est si hæc insanía  
nō est? Hæc illa sunt bona uisenda, contre-  
stāda, assruāda, dracōteāq; uigilatia custo-  
dienda, nō itē utenda fruendāq; ne pereat,  
quibus ueneranda illa fortunarum fœlici-

H 4 tatisq;

DE CONTEMP. RERUM

Tatiscq; institrix cæca ipsa ac uolubilis, magna  
gnifice sese suumq; imperiu mpter mortales  
uendit, suspicēdūm q; p̄t̄bet, identidem  
ipsa precaria sua repetita in aliūm aliūm q;  
transferens, & tamen ea bona nemo p̄t̄ca  
rio accipere se credit sed mancipio, cum ina  
terim uita ipsa qua nihil magis proprium  
esse potest, usū dēf nō mancipio, ut inquit  
Lucrētius. Proinde ualere ipsam, ualere in  
quā siuamus fortunā cū suis fortunatis, qui  
quidē ipsi ut almā eam colūt, credamus la  
pientiæ Dei, quæ classico quoquo gentiū  
exaudibili, auctoritatē fortunæ abrogant  
dam censuit, religionēq; eius enerrendā (ut  
ita loquar) abstergendāq; mandauit ē p̄ræ  
cordijs hominū nō excordiū. Ecce tibi uel  
mihi potius circa fortunæ bona obhære  
sceti, ueluti cœlo demissus sacrorū uatum  
Homerus, Vē tibi (inquit) qui mōtis sancti  
mei oblitus, ponis fortunę mensam, & li  
bas sup eā, siquidē p̄pediē in te gladio ani  
maduertā. Hoc thema atq; argumentū esse  
posset lōgē enarratiōis homini qui dicēdo  
explicate rem digne nouisset, n̄ mihi nūc rei  
summa colligenda sic uidetur, ut qui aueto  
ritate diuina ducat potius quā prudēria hac  
comuni (quæ ipsa non dubie mera est stu  
tia, recte atq; ordine mores ad libram ra  
tionis

Esa. ca. 65.

tionis perpendentibus ) is, si literarum noti  
cia mediocri præditus sit, & alioqui sui sit  
ipse iuris & arbitrij, primo quoq; tempore  
sedulq; facere debeat, ut se det philosophie  
tanquam uitæ magistræ, qua ipse præmon  
strante facile dispiciet in tanta rerum turba,  
quæna digna sit uite institutio, in quā ani  
mi ueruos contendere debeamus, qui finis  
bonoru futurus sit malorumq; ad quæ uel  
adipiscendum uel uitandu humanæ ratio  
nis summa necesse est, ut incumbat, si recte  
comparata est. In hoc auré animi instituen  
di processu, nihil æque forrassem mentis eius  
constantia, confirmationemq; incesset, in  
terdumq; labefactabit, quæm uarietatis for  
tunæ temeritatisq; reputatio, quæ uelut a  
mussis concolor materiæ, in qua ducitur,  
discrimen nullu facit, non ingeniорu, non  
morum, non meritoru, non nataliu, non  
doctrinæ, aut in sinistram partem facit impul  
sore genio humanarū rerum interturbato  
re perditissimo, quo longius scilicet homi  
nes à ueritatis conspectu reducantur, abdu  
canturq; in diuersum, quanquā eius rei can  
fas Theologorum uulgas non satis expedi  
unt. Neg uero potest philosophia, nisi præ  
senti numine confirmata ( quod rari est ex  
empli ) tanto constatia robores aciem men

H 5 tis suæ

Fortuna  
cæcitas.

DE CONTEMP. RERVM

tis suæ firmare aduersus cæcos mucrones,  
improuisosq; fortunæ, quin fluctuante in-  
terdum persuasione recta, deinde etiam con-  
stantia impulsæ, perculsaq; rōne, res ad Tria-  
rios ( ut dicitur ) redeat. Quare homini phi-  
losophiq; studio non cōmittendum, ut in  
rationis ac doctrinæ robore uictoriæ ex-  
plorata esse censeat, hoc est enim non se-  
noscere, qua nulla est ferè exitiabilior igno-  
rancia, subsidijs firmando mens, quæ ad o-  
mnes ipsa casus prouisa, præmeditata, qua-  
si que in procinctu esse oportet, ne si Fortu-  
nam impressione ualidorem facere in ho-  
minis copias contigerit, aut etiā ad eius usq;  
corpus tumultus perueniet atque trepida-  
tio, non modo uirtus & innocentia à fortu-  
na casuq; laborasse, sed etiam planè succu-  
buisse uideatur. Sæpè enim eosq; ualeat ho-  
mis per uigilis omniumq; occasionum aucu-  
pis solertia & improbitas, ut innocentia un-  
dique circumuenta abrupto necessitatibus ino-  
piæq; consilij, aut opitulationis, nullū iam  
nec in se, nec in Philosophia magistra præsi-  
dium inueniat. Quo fit, ut summa indigni-  
tate hominē quodam modo pœnitentia pu-  
deatq; philosophiae atq; uirtutis, cuius in re  
præsenti cassa atque inania subsidia reperta  
sunt. Ibi tum sceda species animi se suaq; pre-  
fidia,

fidia, doctrināmq; & uirtutis maiestatē pro  
nihilo ducentis p̄r̄ fortunae fauore atq; nu  
mine, ibi religionē interdum innocētiāmq;  
uideas abiecta honesti reuerētia fœde se im  
piare, rationē sibi constare negantes operæ  
uirtuti tolerantia&q; impensæ longo atq; in  
offenso tenore. Hæc exempla diuinitus (ut  
arbitror) prodita sunt aliquādo, quasi quæ  
dam eleuamēta humanæ prudentiæ, uel ue  
rius refutamēta uaniloquentiæ Stoicæ, quæ  
sapientē ipsa suum ita ex se se aptum fecit, ut  
totus ipse in semetipsum uergeret & uerte  
retur, quū reapsē in infirma natura Deus ni  
hil propriū iurisq; sui condiderit, præter u  
num arbitriū, quod libertate donauit. Qua  
propter canendū summopere uidendūmq;  
ne futur ultra crepidam (quod aiunt) in his  
rebus astimandis. Sua enim cuiusq; iudicis  
cognitio est atq; disceptatio. Ius ē cœlo pete  
re & accipere æquis animis debeimus, non  
de cœlo ius dicere. Sed quod dicere coepe  
ram, mirificæ nonnunquā fortunæ collusi  
ones cū illo ueteratore Stygio rationis hu  
manæ oppugnatote, exprobrant quodam  
modo connuentiā prouidentiæ, aut quan  
dam incuriā obliuionémue hominū sic af  
fectorū, dumtaxat opinione stultorū, qui ui  
tam hanc nesciunt lactorū pugilū esse cam  
pum,

DE CONTEMP. RERVM

pum, eosq; demū uictores surdo prēconio  
pronunciari, qui cum incōmodis uitæ diu  
multūmq; conflictati, ad postremū perstite-  
runt. Cuius rei tum multa testimonia sacris  
consignata monumētis, tum illud luculen-  
tum habemus in historia Iobi hieronicā in  
clyti, multarum palmarū athlētā in aduer-  
sarum retū agone, cuius exemplo compara-  
re nos & expedit, & necesse est, patientiaq;  
partes, tanquā in numerato habere, ne cum  
in discrimen uenit erit, repentinis casib⁹  
oppressi, animū ad imaginem Dei effictum  
consceleremus abiesto scuto fidelis constā-  
tiæ, hostiq; ignauiter permittamus, tanquā  
dediticium. Sciunt aut̄ iij demū, qui sāpē pe-  
riclitantur, quām in hoc articulo ratio pro-  
clivis sit in errorem, animusq; facilis in deli-  
quiū, tūm q; p̄cipuē cum m̄cerores semel  
atq; iterū suppressi, uelut recidiui infestiores  
denuo atrociorēsq; cooriūtūr, tolerantiam  
identidem lancinantes ad tædiū usq; lucis.  
Hic locus est certè, ubi nemo quāvis philo-  
sophus quantūuis etate prouectus, satis esse  
tutelæ suæ potest. Quare tuticē prouiden-  
tiā & auctorē ad eam rem disceptandā  
transigendām q; opere pretium est asciscere,  
homini quidē, qui recte constituta opinio-  
ne de diuinitate dicitur. Etenim, si ad oēs  
casus

do preconio  
dis uita diu  
mū perfis  
monia facis  
llod luculen  
hieronica in  
z in adver  
lo compara  
patiueor  
ere, ne cum  
nis calibus  
ei effictum  
elis confit  
is, tanquā  
il lape pe  
ratio pro  
alis in delis  
ores semel  
infectios  
oleraniam  
usq; lucis.  
tis philo  
s, fatis esse  
rouiden  
randam  
allicere,  
a opinio  
, siad oēs  
calus

## FORTVITAR. LIB. III. 63

casus subsidia in homine natura indidisset  
ac parauisset, animus utiq; recte constitutus  
fatis nunquam cederet, nusquam manus daret  
fortunę, nusquam Horci lictori. Nunc uero in  
rebus aduersissimis quædam adeo sunt im  
pedita, uix ut explicare possit ratio, quid sit  
factu optimū. Ne philosophia quidē mora  
lis tam uberem pœnū habet, unde prome  
re cito fomenta lenimentaq; possit ad ægri  
tudinē animi aingentem & enecantē. Multa  
quidē ipsa uisenda, iucunda, fructuosāq; do  
cet, sed quæ imparia sint sēpē dolori, si cum  
eo cōmittantur in re præsenti. Quare ubi  
doctrina torpet, postquā rationis acies pu  
gnando obtusa est, cum iam robur naturæ  
fatiscit, deniq; postquā consolationis philo  
sophicæ splendor turbine aliquo percussus  
& fulmine perstrictus est rerum aduersissi  
marum, ibi tum ibi unica salutis spes est sa  
crosancta oracula librōsc; hierographos ad  
euntibus, in fidēm q; & opem diuinam ue  
niētibus, qui uelut supplices dediticijq; Dei,  
intra præsidia mox prouidentiae haud du  
biè recipiūtur. Cum autē tumultus tandem  
conquieuerit, tum omni ope adniti conten  
derēq; debemus, ut in æditiorē statum qua  
sicq; in arcem æquanimitatis euadamus pau  
latim meditando tolerantia, in qua partes  
omnes

DE CONTEMP<sup>o</sup> RERVM

omnes rationis ac constantiae, ueluti in nū  
merato habentur. Iacente autem auium, &  
aut rebus aduersis afflictum, aut colluctati  
one fortunę uehementius fatigatum, illinc  
omnino erectura est diuinarū rerum, æviq;  
infra supr. futuri meditatio, qui æquani  
mitate inde cōcepta & enata stare utiq; me  
lius potest & obnixius, quām inani & flus  
xo fortunarū affluentium adminiculo ful  
tus, quasiq; imbecilli armamento humanæ  
instabilitatis. Nam quid aut incongruentia  
is est, aut inutilius laboriosum & operos  
um, quām & breuis & precariæ lucis usurā  
nō temporatio apparatu, sed perpetuo sta  
tum inandā ducere? Itaq; auferat sānè quid  
uis Fortuna, cornu tantū illud Amaltheę, id  
est, animi æquitatem, dono det mihi prou  
dētia, id ego instar esse ducam protinus cō  
pię exuberantis, ut enim multa defyderem,  
pauca tamen exposcam. Hæc habuit  
Draco frater, quę de fortuna tibi scriberem,  
quę si in animis nostris, aut cuiusquam pe  
nitus insederint, aras nimirum Fortune ē sa  
cello cordis euertent aut disturbabunt. Res  
autē ita tulit, ut tu occasiōne mihi dares in  
Fortunā aliquid cōmentandi, cui ipsi Cha  
risteria quædam huiuscemodi debebā, ob  
ea quę de me merita est pridē, dudum, nu  
diuster

diafertius aut quartus mereturq; quotidie.  
 Nihil autem mihi optabilius prestantiusq; ad  
 uitam esse existimare cœpera, quām si pro-  
 pugnaculū quoddam æquanimitatis extre-  
 me mihi possem, unde tutius securiusq; age-  
 tem, & stare aduersus castellum illud im-  
 probitatis Fortunæ, quæ meas semper im-  
 proba rationes discussit & cōturbauit, quas  
 ad Philologiam tantum meam tuendā sub-  
 duxerā, philosophiamq; capessendam. Ni-  
 hil enim ( ut nosti ) mereri unquam volui, ex  
 quo quidem candidatus esse coepi in comi-  
 tijs Minerue, salutem ut dicerem disciplinis  
 elegantioribus, quarum amore non leue cor-  
 poris dispendiū patrimonijq; contempsi.  
 Itaq; accepta literarū tuatum ansa, libens hi-  
 larisq; feci, ut animi mei sententiā de bonis  
 Fortuitis obuenientib; scriberem, tibi q;  
 eam epistolæ uice mittere. Ex ipsa autem intelli-  
 gete poteris, quoddam ueluti callum stoma-  
 cho meo esse obductū consuetudine ac ne-  
 cessitate usurpandæ patientiæ. Est enim, qd  
 non ignoras, hic habitus animi rerū alum-  
 nus in cōmodag; atq; etiā difficiliū. Necessi-  
 tudini uero nostræ tribues, aut si quis etiam  
 aliis hęc legerit, quod tibi quasi syluam me-  
 ditationū mearum cogitationūmq; cōgessi  
 tribus libris distinctam, ita ut isti ambulatio-  
 nibus

DE CONTEMP. RERVM

nibus Marlianis concenturiandas se dede-  
tunt. Nec enim operę esse pretium videba-  
tur in ordines eas digerere, ne setiem inter-  
polare atq; frangerent, quā res ipsa subeu-  
do connexuerūt, flumēnq; retardarē men-  
tis eas uolantis. Et meministi (ut arbitror)  
me tibi sēpē dixisse, meum esse hunc morē  
cōmentandi, ut plena uela pandam statim  
atq; altum tenui, nec emēsum iam spatium  
respectem, quoad afflatus me destituat, si  
nūsq; iam flaccescant. Ceterum si hoc opus  
conductum à me ociosius redemptumq; fu-  
isset, nō fortuito oblatum & statim manu-  
missum, erat omnino huiuscmodi,  
quod ad lucernam sacram Solo-  
monisq; bona ex parte po-  
tius quam Zenonis aut  
Chryssippi, aut cu-  
iusquam eius  
ordinis  
atq;  
temporis elucubrandum foret.

G. B V D AE I D E C O N-  
temptu rerum Fortuitarum  
Libri Tertiī FINIS.